Circa istam litteram queritur utrum propositio de contingenti convertatur in oppositam qualitatem. Et videtur quod non, quia propositio affirmativa et negativa sic se habent ad invicem quod si una est vera reliqua est falsa. Sed propositio convertens et conversa sic se habent ad invicem quod se compatiuntur in veritate et falsitate. Ergo una non poterit esse affirmativa altera existente negativa cum utraque simul vera vel falsa esse non poterit. Propositio contingens sic est quod posito in esse non sequitur aliquid impossibile, sed si ergo contingit hominem esse album et hominem non esse album que possunt esse conversa, alio ista ponatur in esse duo contradictoria erunt simul, quod est impossibile. Non ergo propositio de contingenti convertitur in oppositam qualitatem ut affirmativa in negativam. In contrarium est Philosophus in littera.

Dicendum quod in ista questione ne laboretur in evidenti primo ostendemus quid sit conversio in oppositam qualitatem. Secundo distinguemus inter propositiones de contingenti et inter alias propositiones. Tertio ex hiis declarabitur propositiones de contingenti converti in oppositam qualitatem et non alias. Propter primum est sciendum quod qualitas propositionis est affirmatio et negatio. Substantia non est significatum ipsius. Nam sicut grammaticus substantiam nominis appellat significatum eius, qualitatem vero eius appellat modum significandi ipsius, quia vel significat per modum … vel per modum appellati … dicitur significare substantiam et qualitatem, eo quod de ipso nichil sensibiliter potest aliquid significari nomine eius quod ad substantiam nominis pertinet. Et per hoc modum significandi significat quia vel per modum … vel per modum appellati quod spectat ad qualitatem eius. Ita logicus substantiam propositionis dicit esse eius significatum per vocem significatum expressum. Unde propositionis appellat veritatem significatam; negationem vero et affirmationem qualitatem propositionis appellat eo quod omnis propositio vel per modum affirmationis vel per modum negationis significat. Quando ergo propositio affirmativa convertitur in affirmativam tunc est conversio eiusdem qualitatis. Sed quando propositio affirmativa convertitur in negativam tunc est conversio opposite qualitatis cum affirmatio et negatio habeant opponi ad invicem. Nec differt quod negatio sit negatio … vel simpliciter ad hoc quod conversio dicatur opposite qualitatis, sufficit enim quod in negativa ponatur negatio et quod in affirmativa talis negatio non ponatur. Declaratum est ergo primum quod proponebatur declarandum.

Secundo volumus dare differentiam inter propositiones contingentes et alias propositiones. Sciendum autem quod ad presens spectat triplicem differentiam assignare possumus inter propositiones contingentes et alias propositiones.

Prima differentia est quod propositione affirmativa de contingenti intellecta intelligitur eius negativa, quod declarari potest: scilicet ostensive et ducendo ad impossibile. Nam cum contingens non sit magis determinatum ad esse quam ad non esse, in ipso contingenti affirmativo supposito et per se accepto ita intelligitur esse sicut non esse, propter quod si dicatur contingit hominem esse album in ista propositione intelligitur ista contingit hominem non esse album ostensive eo quod esse et non esse in ipso contingenti per se intelliguntur. Secundo hoc idem probabitur ducendo ad impossibile. Nam si ad istam contingit hominem esse album non sequitur ista contingit hominem non esse album, ergo sequitur eius opposita que est ista non contingit hominem esse album; sed non contingit impossibili equipollet et conversim. Patet ergo si ad istam contingit hominem esse album non sequitur ista contingit hominem non esse album, tunc sequitur ad ipsam ad impossibile

quod est falsum. Quia tamen duo contradictoria simul stare possent. In aliis autem propositionibus sive modalibus sive de inesse non sic se habet negativa ad affirmativam nec se necessario includunt nec econverso, immo mutuo se excludunt et una alteri repugnat. Secunda differentia est ex parte veritatis et falsitatis. Nam propositionum contingentium affirmativa cum negativa in quantum contingit simul esse vera, nec una est magis vera quam alia. In aliis autem propositionibus semper si una est vera reliqua est falsa, ut si affirmativa est vera et negativa est falsa et econverso, nisi forte fiat in materia contingenti, et tunc licet non eodem modo sint propositiones de contingenti, tamen magis in quantum sunt de contingenti dicuntur. Propositiones autem de contingenti ulterius habent quod se compatiuntur in veritate et falsitate eo quod semper sunt in materia contingenti, et sunt de contingenti non solum ratione modi sed etiam ratione rei. Tertia autem differentia est quia propositio de contingenti negativa in qua affirmativa convertitur non est simpliciter negativa cum modus contingentis semper in utraque propositione remaneat affirmatus. Unde si dicatur sic: homo non est albus, licet haec propositio sit simpliciter negativa, nec aliquo modo de suo intellectu includat affirmationem, si tamen modus contingentis addatur includit propositionem affirmativam. Unde contingit hominem non esse album stare potest pro affirmativa quae ex una parte est infinita. Sed cum in aliis propositionibus modus contingentis non apponitur, affirmativa semper est affirmativa simpliciter et negativa semper est negativa simpliciter, quia modus contingentis in eis negationem diminuere non habet, sicut facit in propositionibus de contingenti. Ex his tribus differentiis concludamus propositiones de contingenti converti in oppositis qualitatibus et tamen non alias, quod tertio dicebatur declarandum. Nam propositiones quae sic convertuntur licet contrariam habeant in se naturam, una includit alteram quod erat prima differentia, et compatiuntur se adinvicem in veritate et falsitate quod erat secunda differentia. Et si una est affirmativa talis, etiam altera est negativa et saltem falsa aliquo modo quod ponebatur pro tertia differentia. Et quia haec tria propositiones de contingenti in se habent et non aliae, ut manifestum est ex dictis, ideo solum ipsae et non aliae in oppositas qualitates convertuntur. Ad primum ergo dicendum quod propositiones de contingenti contradictoriae et contrariae simul stare possunt in veritate et falsitate, ut dictum est.

Ad secundum dicendum quod contingens possibile ad quodlibet simpliciter potest poni in esse, non tamen simul, licet utrumque in divisione possit poni. Qualiter tamen istud principium debeat intelligi, in tractatu de possibili posito in esse non sequitur impossibile infra clarius ostendetur.

Determinatis autem his quae pertinent ad notificationem contingentis et consequentium proponendam quaestionem. In praesenti primo philosophus posuit eius multiplicem acceptionem. Contingens quod philosophus facit ponendo quod sicut contingens dicitur multipliciter, sic ipse declarat quod secundum convenientiam contingentis dicuntur et conveniunt conversiones propositionum ipsius. Et est maxime necessarium contingentis disciplina determinata esse propter trahendum non. Et quia tota contingentia se ad modum syllogismorum vel ex propositionibus de contingenti vitiose et distorte sumptis fecerunt. Conveniens igitur fuit ut disciplina artis quam de contingente traderet sicut dictum est quod contingens et quomodo eius propositiones convertuntur. Determinatis igitur his rursum quam a capite incipientes dicimus quod contingens duobus modis dicitur. Uno quidem modo dicitur contingens quod plurimum fit, id est quod ut in pluribus evenit et deficit aliquando, ut hominem canescere sive in senectute vel augmentum vel minui vel omnino quod natum est esse magis scilicet ad unam partem quam ad aliam. Hoc tamen contingens non continue habet necessarium eo quod non semper est homo. Sed cum homo est, accidit ut in pluribus est, quod canescat, sed aliquando non deficiat. Alio autem modo dicitur contingens infinitum quod sic et non sic possibile est evenire, ut animal ambulare vel ambulante fieri terraemotum, solum tamen vel omnino quod casu fit. Istud non magis est aptum natum esse sic quam non sic. Hic est enim non magis determinatum ad unam partem quam ad aliam. Est autem considerandum quod contingens prius supra notificavit ipsum contingens non tamen distinxit in se. Hic distinguit ipsum ante et ab ipso perquirendum abnegatione ipsum descripsit. Et ideo volens dare doctrinam ipsius contingentis in se quasi a principio determinatum faciens de contingenti, ait: determinatis autem his rursum dicimus contingens duobus modis. Unum primum autem considerandum quod contingens natum dicitur contingens ut in pluribus eo quod causa talis contingentis magis est apta nata tales effectus producere quam non producere. Nam ex debilitate caloris et ex habundantia frigidi habet canities causari et quia communiter loquendo hoc in senibus reperitur, ideo homines canescere in senectute dicitur contingens ut in pluribus, non tamen est necessarium. Tum quia non est semper homo, ideo destructo subiecto destruitur accidens. Vel etiam dato quod semper sit homo, potest tamen impediri canities ex aliqua contrarietate complexionis quae utraque per se loquendo videtur non repugnare.

Tertium autem considerandum quod contingens ad utrumlibet appellatur a philosopho contingens infinitum. Nam infinitum secundum unum modum accipiendi idem est quod indeterminatum. Et quia contingens ad utrumlibet non est magis determinatum ad unam partem quam ad aliam, ideo infinitum contingens nominari potest. Nam quod animal ambulare fiat terraemotus est omnino ad utrumlibet et infinitum, non quidem quia terraemotus non habeat per se causam, quia secundum philosophum in metheororum causa terraemotus est repercussio exhalationis siccae ad cavernas terrae, ita quod vapores sicci exeuntes in terram repercussi ex calore solis in eis superiori compatiuntur, volentes exire et exitum liberum non invenientes cavernas terrae repercutiunt et terrae motum causant. Ambulare autem hominis per se causam habet, quia forte recipit per se vel motor. Sed coniunctio istorum duorum effectuum adinvicem non habet causam determinatam, immo omnino indeterminata et infinita, eo quod ista duo ita poterunt et simul concurrere sicut non concurrere. Nam talia quae sic eveniunt dicuntur esse contingentia infinita, de quibus omnino sunt omnia quae a casu et a fortuna eveniunt sicut dicitur in libro. Quartum autem aliquis ut contingens dicitur duobus modis et videtur quod non, quia si contingens diceretur solum duobus modis esset divisum eius quod tamen est in principio istius libri quod dicitur, fuit quod ipsum necessarium contingens dicimus. In contingenti est philosophus hoc in principio istius lectionis. Dicendum quod causae in determinate habentes se ad esse et ad non esse sunt illae quae complent rationem ipsius contingentis. Habent autem se ad producendum aliquem effectum vel ad non producendum in omni causa causata non est ita necessaria quin aliquo modo per se vel per accidens impediri non possit. Licet enim ultimum sit necessarium causa huius terrae, licet tamen causaliter pariter non est necessaria hoc terrae eo quod non est necessarium causaliter pariter esse et licet sit necessarium solem oriri ex parte tamen causae potest occurrere causas causatas regulantes per hoc effectus impediri et impediri sunt alia vel aliqui vel ex parte causae per causas regulantes esse causas causatas vel ex parte actionis earum causarum quae recipiunt in materia dispositione eo quod actus activorum sunt in patiente et disposito impediri potest vel per se vel per accidens. Et propter hoc omnes ipso ad non esse aliquo modo reservantur.

Circumstantiis ergo quae ipso ad esse vel ad non esse ex quibus principium sumitur contingentis in causa causata quam accipitur invenitur. Nam in causa causata hoc ipso invenitur per se et per omnem modum sicut est in causa quae non est magis determinata ad unam partem quam ad aliam, immo utrumque indeterminate scilicet et esse et non esse ex tali causa evenire potest. Sic praecipue sunt illa quae ex nostro libero dependent arbitrio quia ad istarum causarum sic indeterminate se habent ad esse sicut ad non esse reducuntur omnia contingentia ad utrumlibet. Et omnia casualia et fortuita. Causalia omnia illa quae non magis sunt apta nata sic evenire quam aliter sicut dicitur in libro. In aliqua autem causa talis ipso reperitur

Sunt ad ambulandum

per se sed non per se

pse sз n̄ p oēз mō eo q' eē ꝗ nō eē n̄ ī dūnt ī tali cā
eq p'n' hēt eē sз mag' sit deᵗiata ad vnā ptē q̄ ad aᶻ
sic hoīez canesce in senectute lз ꝗ pse in aliq̄ sene ī
pedīri possit. mag' tn̄ canicies ē apta nata ex tali
cā. puta ex senectute euenīre. Et ad istā cāз reducūt
oīa ꝯtīgētia nata ut ī plibз eueniēn. sic ꝗ dз ī lrā.
Ina'ᵐ a' cā lз pō repit sз pacīns ī q' pse loᵒ sз ē
de se deᵗiata ad vnū tal' effcus puta ad eē. lз pac
aᵒes ipedīri hēāt. ꝗ ponēs q̄ ad lз ipā potētia ad n̄ eē
īueniri possit. ꝗ ad istā cāз reducimt natīa q̄ phs
ī p'n'ᵒ isti capli cāᵉ ꝯtīgēnᵃ appellauit. Nōm g'ᵒ ꝯtī
gētis p oēз mō repit ī ꝯtīgētī ad utlibз pse n̄ iue
nit ī ꝯtīgᵗⁱ ut ī plibз. sз pacīns lз eē ī ipis natus
Et sᵉ pз ꝯtīsia textus. qz si ꝯtīgēs accipiat cōit. sic
dз tribз mōis quō nos supius accepimᵘ. Si uō accipiat
ppe sᵉ ꝗ dз duobз mōis quō phs accipᵗ ipzlз. Si n̄ sūa
tur mag' ppe. sᵉ n̄ dz n̄ vno mō. s. de ꝯtīgᵗⁱ ad utlз.

Deinde cū dᵗ ꝯtīgētē. In pte iᵃ pōit ꝯuenientiā et
dñiaз ꝯūsiōis ppositū īt ista duo ꝯtīgētīa. d. q' utrqз
ꝯtīgēs ꝯūtit sз oppoᵗᵃˡ ppōes. ut affirᵛᵉ ī negᵃˢ et
q̄ adhuc ē ꝯuenientia īt ꝯūsione eorз nō tn̄ eodē
mō. sз tn̄ q' natū ē sēpez eē. lз ē ꝯtīgens natū eō
ūtit ei q' eū n̄ eē ex nāᵗⁱᵗ. i. ꝯūtit ī ꝯtīgēs raz
eīn p q̄ si ꝯtīgit hoīez n̄ canesce. s. rarō. lз ē n̄ ꝯ
ūtitur ꝯtīgēs natū. aut pз ī fiᵗⁱ ꝯtīgᵗⁱˢ ꝯūtit
ei q' n̄ᵉ mag' sit aptū natū ī ul' ī ᵒ in sup aptum
natū ē euenire. ꝗ ꝗtū ad lз ē dñīa īt ꝯūsiᵉ ī ᵗᵒʳ a.

Et ꝗ' aliō q' tn̄ ꝯtīgēs ad utlibз q̄ ꝗ ꝯtīᵗⁱˢ ut
ī plibз ꝯūtit ī oppoᵗᵃ q̄lītē nō tn̄ eodē mō. sз ꝯtīgᵗⁱˢ
ut ī plibз ꝯūtī ī aᵈ geri ꝯtīgᵗⁱ q̄z ꝯūtī ī ꝯtīgens
raz. ul' ut ī paucioribз. nā ut dcm̄ ē. s. lз cā ex q̄
sūt ꝯtīgᵉⁿˢ natū psit pduᵉ ī n̄ pduce suū effcm
mag' ē tn̄ deᵗiata ad vnā ptez q̄ ad aᶻ ut sen
tus ē mag' deᵗiata ad caniciez pondē q̄ ad pdu
cendū suū ꝯūī. In paucioribз tn̄ ꝗ raro istā effcm
ipedīri n̄ ē ī ꝯueniens. ꝯtīgit hoīez canesce q' ē ꝯ
tīgēs natū ꝯūtit ī ista ꝯᵗⁱᵗ hoīez n̄ canesce. ꝑ ꝯtī
gēs raz. i. ī paucioribз pōt ꝗ ꝯūti ī ista. n̄ necē ē hoīez
canesce q̄ eqpollз huic. ꝯtīᵗⁱᵗ hoīez n̄ canesce. eo q'
n̄ ꝯᵗⁱᵗ n̄ eē. ꝗ n̄ necē ē eē sūt ī eo ordīe ꝗ eqpollet
adīuicē. sз ꝯtīgᵗⁱˢ ī fiᵗⁱ ī ad utlз ꝯūtit ī ide genꝰ
ꝯtīgᵗⁱˢ nā sic ꝯtīgᵗⁱˢ ē hoīez n̄ ambulare. eo q' hui
n̄ ē mag' aptū natū sᵉ q̄ n̄ sᵉ euenire ut dз ī lrā.

Deinde cū dᵗ disciplīᵃ aē. oᵗ de q̄ ꝯtīgᵗⁱ pōt eē dis
ciplīa ꝗ demrō. ꝗ de q̄ nō. ꝯtī g'ᵒ sᵗ. dcm̄ ē q' ꝯtīgēs
dr duobз mōis. s. de ꝯtīgᵗⁱ nato ꝗ ī fiᵗᵒ. sз īt ista duo
ꝯtīgētīa ē dñīa. aut p q̄z disciplīa ꝗ sillз demrats
nō ē ex ī fiᵗⁱˢ ꝯtīgētibз eo q' meᵒ tal' ꝯtīgētis ē in
deᵗiatuз. nō psēt ex hiis q̄ nata sūt. i. ex ꝯtīgᵇᶻ na
tis ꝗ ut ī plibз discīᵃ ꝗ demrō eē pt. ꝗ nō solūз
demrō. ut ꝗ ī pene oēs orōnes l' ꝯsidaᶜⁿᵉˢ dñᵃ sup
de sᵉ ꝯtīgᵇᶻ sūt. Ex ill' a'. s. ex ꝯtīgᵇᶻ ī fiᵗⁱˢ pōt eē
sᵉ sillīn nō tn̄ solз qī. lз tn̄ quō sē hēāt ꝗ quō ex eis
pnt sᵉ silli demrati ꝗ dñᵃᶜⁱ ī sequtibз sup lᵉˢ ptibз
diffinitē mag' īte a' ī iᵗᵒ lᵒ oīs qī ꝗ quō ꝗ qs
sillз hēt sᵉ ex ppōibз ꝯtīgēᵇᶻ sз q' pt ordinari
ī mō ꝗ ī fiᵃ. Et a' ꝯsiᵒ q' oīs discīᵃ ꝗ oīs
sillз demrats ē ex vno meᵉ deᵗiato ad vnā ꝯnez

deᵗiatē. eo q' demrō ē ex hiis q̄ ipōlᵉ ē aᵗ se hēre ut pt
hū ex p' ptiᵒ. sī n̄ sit disciplīᵃ dñᵃᶜⁱ ul' pluᵃˡⁱ ē deᵗi
nata ad vnā ptē cū fodīe altius. ex ꝯtīgᵗⁱ g' ī fiᵗᵒ
ul' ī deᵗiato n̄ᵉ discīᵃ demrata n̄ dñᵃᶜⁱ sᵉ pt eo
q' meᵒ ei nō ē mag' deᵗiatū ad vnā ptē q̄ ad aᶻ nec
mag' ad eē q̄ ad n̄ eē. bn̄ g'ᵒ ait phs. q' q̄a ꝯtīᵗⁱˢ ī fiᵗⁱ
hēt meᵒ ī ordīᵗᵘ iō n̄ᵉ discīᵃ n̄ᵉ demrō ex ipō ē pt.

Impōᵗ a' ꝯsiᵒ q' pene oēs orōes ꝯsidēiaᵉˢ ꝗ dñᵃˡ
de iᵗⁱˢ ꝯtīgᵇᶻ natis ul' ut ī plibз. Nā sūi sit orō
nes dñᵃᶜⁱ q' dnt orōnes aliq' ī sillз ponāt. sūi sit
ꝯsidēnᵉˢ de electōne ul' fuga ꝯtīcīois pns accipiᵗᵘʳ
sūi sit ti. lз ē diffinᵉˢ de notificaᶜⁱᵒⁿᵉ nōiз dñᵃᶜⁱ ᶜᵒʳ
oēs tales dnt eē mag' deᵗiatē ad vnā ptez q̄m
ad aᶻ pp q' oᵃ talia dnt eē plūᵃˡⁱᵃ. ꝗ q̄z n̄ sōᵃ
appellatur plūᵃˡⁱᵃ adpᵃᵗᵒ q̄ sᵉ mag' deᵗiata vnū ad
q̄ ad aᵈ ex q̄ sūt ꝯtīgᵉⁿˢ natū ul' ut ī plibз sз
īē. sз ꝗ sillз plibз. ul' sз pluiз ex mīaᶜōz uidēat
iō phs apposuit pene. nā pene oᵃ talia sūt ex
siplᵉ plūᵃˡibз l' sз appenᵈᶻ pluiз. Circa a'
aᵒ utrū ex ꝯtīgᵗⁱ nato ul' ut plibз hēat sᵉ discīᵃ
ul' demrō. ꝗ q' sic. q̄z phs dᵗ in lrā ex ꝯtīgᵗⁱ in
fiᵗᵒ n̄ posse sᵉ demrōnē sз ex ꝯtīnᵗⁱ nato ꝗ ut ī
plibз dᵗ demrōnez sᵉ posse. In ꝯūī ē idez phs
pᵒ posteᵒᶻ. ꝗ ait demrōnē eē ex hiis q̄ ipōlᵉ ē aᵗ
se hēre. Dō q' demrō potissīa ꝗ ppᵉ sūpta n̄ pōt
eē ex hiis q̄ ipōlᵉ ē aᵗ se hēre. eo q' oīs tal' demrō eō
hēt ad gn̄are sᵉᵃᶻ q̄ ē necīᵒʳ ꝗ ppetuoz sic ī eodē lib
lз declari. q̄ demrōnes potissīe ꝗ ppᵉ cēntᵉ ī ma
thas hnt sᵉ. Nā demraᶜōes ī fcē sᵉ ī ꝑ gdu cāru
oīs eīē. ut dᵗ ꝯ ᵗᵒᶻ. ꝗ. meᵉ. tales g' demrōes ex
ꝯtīᵗⁱ nato ꝗ ut ī plibз sᵉ nō pnt. disciplīnā ul'
demrātiā n̄ potissīe sūpta ꝗ largo mō nō ē in
ꝯueniens sᵉ ex ꝯtīgᵗⁱ nato q̄ demraᶜōes sūt mat'
ī naturalibз. In hiis ei nō necē sз ut ī plibз argue ꝗ
demrare possumꝰ. nā ut ī plibз ē hoīez gn̄ari cū
q̄nqз digitis. ī paucioribз tn̄ huic effcm ipedīri
nō ē ī ꝯueniens. Ex talibз g' ꝯtīgētibз natis ut ī
plibз euenientibз demrōnes ꝗ dñᵃᶜᵉ ꝯsidaᶜōes sᵉ
possunt aᵗ tn̄ ꝗ aᵗ. q̄z ut ī talibз repit ad necītatis
demrō ex eis eē potit. put nō ī eis ī uenit ad p
babilitᵘˢ sic appellabз dñᵃᶜᵃ ꝯsidaᵒ. Naз sic de vno
ꝗ de eodez aᵒ ꝗ aᵒ mō ꝯsidato opīo ꝗ sciā eē pt.
ita de vno ꝗ de eod' aᵒ ꝗ aᵒ mō sūpto demrō ꝗ dñᵃ
ꝯsidaᵒ eē potit. bn̄ g'ᵒ dᵗ phs q' ex talibз ꝯtīgenᵇᶻ
natis ē demrō ꝗ pene sᵉ talia ꝯtīgētīa orōes ꝗ ꝯside
raᶜōes dñᵃᶜᵉ hnt sᵉ. Deinde cū dᵗ q̄m a' huic.
In pte iᵃ ꝯtīᵃᵗ se ad forcōz sillōz ex ppōibз de
ꝯtīgᵗⁱ ui forte acceptis. dᵗ g'ᵒ q̄m a' ꝯtīgē lз hu
ic ī eē. dupl' ē accipe. i. lз ppō ꝯᵗ. a. eē. b. pōt sīn
dupl' aut q' ꝯᵗ. ipi. a. ꝯᵗ ꝗ ipi. b. ꝗ tūc utrqз ppō
ē ꝯtīgēs. ul' q' ē. a. ꝯtīgat eē. b. ꝗ tūc solūз ē vna
ppō de ꝯtīgᵗⁱ. lз ē g'ᵒ q' dᵗ ortū ī eē lз ꝗ sic ē vna
de ī eē erit ꝯtīgē ī ipz ī eē. Nā de q̄ᵒ. b. a. ꝯtīgē
lз ē meᵒ de q̄ᵒ. b. eaqз de meᵒ. a. dз ꝯtīgē. hoz
alterz tigē aᵗ de q̄ᵒ dз. b. actu aᵗ de q̄ᵒ ꝯᵗ d. ꝗ
tūc pbat hēe ppōnez ꝯᵗ a. eē. b. hīe iᵃᵐ dupliᵗᵉʳ
accepᵉᶻ ex pte ppōis de poᵗⁱ. vn̄ aīt. de q̄ aᵗ. b. a.
ꝯtīgē aᵒ sē. a. b. pōlᵉ eē. a. nᵗ dzt. lз ē iste due

2=no.
2=no.
2=no.
.go.

propositiones consequentia a. esse b. et propositio est b. esse a. non differunt immo equipollent ad invicem. sed super ista propositio est a. esse b. potest similiter dupliciter accipi quia est a. est b. aut quia pars est esse a. sunt esse b. ergo consequentia propositio consequentia a. esse b. hiis duobus modis necessitari potest. Tunc sequitur plus de qua contingentia videtur plus dubitare. dicimus ergo quod dupliciter dicimus sicut de qua est consequentia b. tangere de medio ex quo accipitur una propositio de contingenti et de qua sic de ipso b. consequentia a. ex quo accipit aliqua propositio quod est et qualis singularis existentis scilicet propositionibus fieri potest. nam sic accidit utrumque sed secundum contingere. quia a. b. i. consequentia a. hic quidem est in esse. illa non contingere. hec est aliqua accipitur contingentis una ex propositio de contingenti aliqua non est de inesse. et quia quod plus est formaliter filii uniformiter quam mixta. ideo plus ab uniformi formatione sillogismorum est incipiendum. unde quia concluditur ait. quia a filiis significat est incipiendum quadam in aliis dictum est. Est a consideratione phi in hoc primo consistit quia secundum generationem sillogismi precedit generationem mixtarum et compositarum. sed sillogismus potest formari et generari ex propositionibus de contingenti simplicibus et uniformiter sumptis. et aliter ex propositionibus mixtis et compositis ex illis de inesse et contingenti. ergo formatio sillogismi ex propositionibus de contingenti uniformiter acceptis debet precedere formationem sillogismi ex propositionibus mixtis et difformiter acceptis. Amplius a consideratione huius propositionis contingit esse album et esse album habere duplicem intentionem propter ut intelligatur secundum quod contingit esse album contingit esse album. propter quod si contingit hominem esse album contingit et ipsum esse album. secundum quem modum utrumque propositio erit de contingenti. secundo contingit esse album esse album contingit esse hominem esse album ergo contingit esse hominem esse album. alio modo potest intendi ista contingit album esse album secundum quod ipsum quod est album contingit esse album. et tunc erit una propositio de contingenti alia de inesse. cum hiis duobus modis contingit variari et intelligi propositionem de contingenti propter quod dicendum est de propositionibus simplicibus quam mixtis ipsius contingentis. Amplius a consideratione quia si dicatur esse quod est album contingit esse album cum modo contingentie non ponatur super ipsum verbum positum ex parte subiecti potest accipi et intelligi propositio de inesse. et ideo verbum suppositum sine modo contingentis non plus quam modo contingentie opponi nomini et verbo positis ex parte predicati potest similiter propositio de contingenti et sic secundum hanc propositionem contingentis due propositiones sumuntur. Circa istam lectionem queritur una questio primo utrum ad veritatem propositionis requiratur actualis existentia terminorum et videtur quod sic. probat philosophus in isto capitulo. unde dicit hanc propositionem non habere contingentiam necessitatem homo comedat in sentiente eo quod non semper est homo. sic ergo ad necessitatem propositionis requirit actualem existentiam terminorum. ita et ad veritatem propositionis talis actualis existentia terminorum requiritur. Propositio veritas propositionis consistit in habitudine predicati et subiecti quam habitudinem exprimit predicabilis verbum est. sed hoc verbum est significat quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere. ut dicitur primo perihermeneias. ergo veritas quam per tale compositionem exprimit sine extremis non intelligitur. Nam circa compositionem et divisionem intellectus est veritas et falsitas quia ut habetur in libro perihermeneias. Propositio in predicamentis dicitur quod ab eo quod res est vel non est dicitur oratio vera vel falsa. sed res non dicitur esse nisi quando actu existit. ergo ad veritatem propositionis requiritur actualis existentia rerum. Praeterea dicitur esse vera intellectus quando dicit id esse quod est. et dicitur esse intellectus falsus qui dicit id esse quod non est ut potest haberi ex perihermeneias. sed quando dicitur hominem esse rationalem homine non existente actu dicitur id esse quod non est. ergo existentia rei ad veritatem propositionis requiritur. In contrarium est quia eo modo propositio est vera de re sub quo scientia est de eis. sed scientia potest esse de re corrupta

sicut possumus habere scientiam de rosa. ipsa rosa corrupta. ergo sic propositio vera esse potest terminis non actu existentibus. Dico quod in hac questione hoc modo procedemus. quia primo declarabimus quot modis dicitur ens. nam cum sit questio de veritate propositionis per comparationem ad entitatem rei hoc est distinguere ipsum ens. quot modis accipi possit. secundo ostendemus quid sit id esse quod ad veritatem propositionis requiritur. tertio de ista veritate propositionis quamvis in propositione in qua habet esse in terminis dubium aliqualiter pertractabimus. Dico primo est sciendum quod ens sive esse quod ad propositionem spectat triplex potest sumi pro entitate et quiditate cuiuslibet rei secundum quod quelibet res positi in certitudine predicamento de quo est libro phisicorum v. metaphisice vi dicitur quod esse per se significat figuras predicatorum. secundo potest accipi ens pro esse actuali cuiuslibet rei secundum quod quelibet res posita in certitudine predicamento competit habere esse actuale. et ideo esse in omni creatura est preter rationem et intellectum ipsius quiditatis et differt ab ipsa quiditate realiter et ideo esse quod in tractatu de anima quod aliud est magnitudo et magnitudinis esse et aliud est aqua et aque esse. et hoc in omnibus habentibus esse in materia ut videtur dici. Tertio potest accipi esse pro habitudine predicati ad subiectum in qua consistit veritas et falsitas propositionis. de quo esse dicitur v. metaphisice quod tale esse est in anima. et debet collocari in compositione et divisione actuantis. hoc aliud esse non est aliud quam habitudo et quedam relatio predicati ad subiectum et unius rei ad aliam rem. quamquam habitudo sive relatio non solum collocatur secundum compositionem actuantis sed etiam consideratione vera esse et in rerum quantum ad actum. Nam actus animae respectu animae non dicitur sed diminutum. sed ista habitudo sive istud esse quod dicit veritatem propositionis non dicit aliquam rem nec aliquam naturam. sed solum dicit quandam rationem et quandam habitudinem predicati ad subiectum. Nam sicut materia per se refertur ad formam et per se habet ordinem ad formam. ista tamen relatio sive iste respectus quo materia refertur ad formam non est aliqua res preter materiam passive nec est aliqua res preter formam active. quia subiectum per se habet habitudinem et relationem ad predicatum sumens et ad ipsum predicatum. ista tamen habitudo non est aliqua res preter subiectum comparans et per se predicatum. immo sed se non est nisi per comparationem ad extrema. hoc est ergo quod dicit philosophus primo perihermeneias. loquens de isto esse sive de ista habitudine significante veritatem propositionis quod hoc ipsum esse per se non est. Nam si purum dixeris ipsum quidem non est. consignificat enim quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere. non enim illud esse cum dicitur homo est rationalis significat aliquam naturam sed se sed solum exprimit modum inherendi rationalis homini et rationalis non quod ista inherentia vel habitudo semper sit res predicatorum actualium. nam ipsa predicata specialia largo modo sumens subiecti dicuntur inherere et ad ipsum habitudinem habere. Postquam ergo declaravimus quot modis accipitur ens sive esse volumus ostendere secundo quod est id esse quod facit ad veritatem propositionis. Dicimus ergo quod esse actuale per accidens facit ad veritatem propositionis. esse vero essentie vel quiditatis per se pertinet ad veritatem propositionis. sed esse habitudinis vel inherentie predicati ad subiectum vel compositionis terminorum ad invicem per se et per esse modum spectat ad veritatem propositionis. nam esse actuale per accidens facit ad veritatem propositionis. Nam cum esse actuale sit ipsius rei preter existentiam sub conditionibus materialibus quam sunt hic et nunc eo quod esse actuale ipsa actione materialia includit sic conditiones particulares et materiales rei per accidens se habent ad hoc quod de illa re sit scientia. quia particularium non est scientia nec diffinitio ut dicitur vii. metaphisice. ita per accidens tales conditiones particulares quas ipsum esse actuale includit faciunt ad veritatem propositionis eo quod veritas non est circa compositionem et divisionem istius rei vel illius ad invicem. sed est circa compositionem et divisionem rei et nature superioris supposite esse vero quiditatis et essentie per se pertinet ad veri

tate propositionis sicut per se facit ad scientiam. nam sic de eo quod non necesse est nec in se nec in sua causa nec in specie nec in principio numquam fuit scientia nec esse potest. sic si rosa numquam fuisset in specie nec per se nec per accidens nec in se nec in sua causa quo modo quod diximus heret non esset vera propositio quod dicitur rosa est pulcherrimus florum eo quod unumquodque sicut se habet ad esse ita se habet ad veritatem quia est intellectus de ente quod dicitur et essentie rei. sed esse habitudinis vel compositionis inter ipsos terminos per se modo facit ad veritatem propositionis. nam dato quod res heret esse in sua causa vel heret esse quod diximus et esset etiam non esset habitudo unius rei propter attribueretur alteri propositio diceretur falsa. quando igitur per se est habitudo inter terminos et habitudo potentie competit subiecto. et est propositio vera. quando vero est repugnantia potentie ad subiectum. tunc est propositio falsa. nam cum in hac forte propositione homo est risibilis non intendit dicere hominem actu ridere. quia tunc esset falsa cum homo non semper actu rideat. sed intendit ostendere habitudinem esse inter hominem et risibile que quidem habitudo vel respectus semper importatur per hoc verbum est quod exprimit modum inherendi terminorum ad invicem. ex quo patet aliqualiter apparere unde est veritas quod dicebatur et declarando. Nam cum habitudo et relatio terminorum ad invicem in quorum habitudine et compositione veritas propositionis consistit. sit ipsorum terminorum per comparationem ad intellectum. eo quod ipsi intellectui est compositio et divisio veritas formaliter locum habebit esse in intellectu. sicut forte tale compositionem vel divisionem facere spectat ad ipsum intellectum. In propositione vero poterit esse tamquam in signo significante ipsam habitudinem. sed in rebus vel tamen habebit esse materialiter vel causaliter. Et sic patet quod actualis habitudo terminorum sine eorum esse actuale. Ad primum ergo dicendum quod canities non competit homini nisi in tempore determinato puta in senectute. ideo si homo deficiat ante tempus canities de ipso non verificatur. Ad secundum dicendum quod sufficit habitudo potentie in sibi absque actuali existentia terminorum ad hoc quod veritas in propositione existat. Ad tertium dicendum quod omnis veritas propositionis veritatem rei causaliter et materialiter ut dictum est. Ad aliud dicendum quod exprimit habitudinem rei ad rem eo modo quo inter ipsas res habet esse veritas intellectus absque actuali existentia ipsarum rerum sicut in questione est declaratum.

Capitulum VII

Quando autem contingit. postquam philosophus superius posuit descriptionem ipsius contingentis et multiplicitatem acceptionis in parte ista docet formationem syllogismi ex propositionibus de contingenti univoce sumptis. dicit quod ista facit propositio syllogismorum plurium generationem. sed subiungit coniugationum inutilium remotionem. et circa sibi facit motum per tertium formationem. scilicet primam quando autem contingit. tertiam ibi similiter autem et in privativis. constat ergo sic istud circa ad propositum. dicens quod a syllogismis propositionibus de contingenti est incipiendum formando syllogismos. quando igitur a contingit omni b. b autem c contingit omni: a contingit inesse. et tunc est syllogismus perfectus. quod est autem manifestum ex diffinitione contingentis. nam contingere omni esse. a contingit omni b. nec ipsum propositio hec acceptor erat de contingenti. hec est ergo diffinitio primi modi perfecti. omni b contingit esse a. Tunc subiungit dispositionem secundi modi. dicens. si a contingit nulli b. ita quod maior sit universalis negativa. b autem omni c. sequitur quod a contingit nulli c. et quod ista conclusio sequatur probat. nam in quo b contingit. a non contingit. hec est non contingentium diffinitio. sed b est ista propositio negativa. nulli b contingit esse a. nec diminuitur sub ipso b a quo a. hec est maior extremitas non removetur eo quod dicitur de nullo est illa quando nullus sumitur sub subiecto a quo non removetur predicatum. hec ergo dispositio secundi modi perfecti. nullum b contingit esse a. omne c contingit esse b. ergo nullum c contingit esse a. Est autem considerandum quod si conclusiones ex propositionibus de contingenti debeant sequi. oportet sumere tales terminos quorum unio non sit necessaria et contingentes inesse vel inesse. quia si aliter sumerentur non concluderetur conclusio contingentis sed magis necessaria. nam ponendo hos terminos animal contingit albo inesse cum necessariam habitudinem habeant propter quod si diceretur contingit omne album esse animal. contingit omnem hominem esse album. ex istis sequitur conclusio necessaria magis quam contingens scilicet quod omnis homo de necessitate est animal. maxime accipiendo contingens ad utrumque quod conclusio est necessaria. sed ergo sumendi tales termini quod sint contingentes non solum inesse. sed in ipsorum terminorum inesse dando contingit omne album esse musicum. contingit omnem hominem esse album. bene sequitur conclusio de contingenti scilicet ergo contingit omnem hominem esse musicum. Queritur autem utrum ex propositionibus universalibus de contingenti possit fieri syllogismus. et videtur quod non. propositiones universales in terminis contingentibus sunt false sive autem sit affirmativa. dicendo omnis homo est albus et omnis homo est musicus. sive una sit affirmativa et alia negativa. dicendo omnis homo currit et nullus homo currit. si ex falsis propositionibus falsus syllogismus fieri habet. ergo syllogismus factus ex propositionibus universalibus terminorum contingentium sive sit affirmativa. puta primi modi perfecti sive negativa sicut secundus modus eiusdem figure semper est syllogismus falsus.

In contrarium est philosophus qui ex talibus propositionibus de contingenti docet facere syllogismos in prima figura. Dicendum quod non est nostre intentionis hic querere utrum syllogismus ex falsis propositionibus factus sit bonus syllogismus. quia de hoc in tractatu speciali quod movebimus. sed cum propositiones universales terminorum contingentium dicantur esse false volumus declarare quomodo ex talibus propositionibus possit formari verus syllogismus. et quomodo tales propositiones possunt esse vere. Ad cuius intellectum est sciendum quod alia propositio est de contingenti quantum ad materiam solum non autem quantum ad formam sive modum. nam si dicatur omnis homo est albus vel omnis homo currit hec licet propositio sit in materia contingenti. quia homo contingenter est albus et contingenter currit. formaliter tamen dicitur propositio de inesse. quia in propositione non ponitur modus contingentis. sed potest esse sive hoc verbum est absolute et sine ulteriori ubi est cum signo universali appositio denotetur fieri quedam actualitas et presentialis distributio hominis albi quantum ad omnia sua supposita. Et quia impossibile est in eodem tempore actualiter omnes homines esse albos vel omnes homines currere. ideo tales propositiones sunt in materia contingenti. semper tamen sint modo contingentis sive sit affirmativa sive negativa false esse dicuntur. Quedam vero est propositio de contingenti non solum quantum ad materiam sed etiam quantum ad formam vel quantum ad modum ulterius contingentis. Nam si dicatur contingit omnem hominem esse album. hec propositio est de contingenti et materialiter et modo contingentis. Et quia in ipsa tali propositione accipitur iste modus contingentis cum signo universali appositio isto communi distributio suppositorum hominis albi non actualiter et presentialiter pro eodem tempore sed potentialiter pro diverso tempore. et quia possibile est potentialiter et non in eodem tempore omnes homines currere vel esse albos. ideo pluralitates propositiones et universales contingentes quantum ad materiam et quantum ad formam sive quantum ad modum vere esse possunt. et propositionis veri syllogismi ex eis formari habet. argumentum autem in contrarium procedebat ab insufficientia. quia in propositionibus non fuit de contingenti loquentia modi per appositionem dictionis verificatur.

Deinde cum dicit Quando autem a contingit. in parte ista reducit inutiles coniugationes. ista autem inutilis coniugatio dicitur potest evenire. primo ex minori negativa. Nam in prima figura minori existente negativa nihil sequitur. secundo potest esse ex utraque negativa. tertio ergo facit in plus. quia primo ostendit ex minori negativa nihil sequi. secundo declarat hoc idem si utraque ponatur negativa. et est prima conclusio istarum coniugationum. scilicet prima similiter autem etc. et ibi maior. secunda ergo sic. dicit quod quando potest formari syllogismus ex propositionibus universalibus de contingenti si maior sit necessaria minor autem privativa. quando a contingit omni b. b autem

nulli .c. ita q minor sit necessaria. p suppositas quidem ppositiones
nullus sit sillismus. 9 ursa a' .b. .c. ppositione s contige. hec est in op
positam qualitatem fit idem sillismus gradus in prius .et hec pbat
quoniam ei qui .b. nulli .c. contingit omni inesse. hec ei prius dictum est .s.
q necessaria de contingenti contingit in oppositam qualitatem vel in affirmatiuam
q si .b. quidem omni .c. q est conuersa negatiua .a. .a' omni .b. q
fuit maior affirmatiua rursum fit idem sillismus. Demum
cum dicit q aut. ostendit inutile coniugationem si alte ppositiones
ponatur negatiue. unde ait silicet cum .et ad utrasque ppositiones
nego ponatur cum contige .i. cum modo contingentie. ut te posith
iis .d. dico ut si .a. contingit nulli .b. et .b. nulli .c.
ita q utraque sit necessaria. nam psuppositas quidem ppositiones nullus
fit sillismus. 9uersis a' eis .s. in oppositam qualitatem rursus
fit idem sillismus q' ante prius. Est a' conclusio q cum in pa
figura minori existente necessaria non sequitur a' cum 9. si dicat s'
omne .b. contingit esse .a. nullum .c. contingit esse .b. psuppositas ppositiones
nes nulla q' sequitur. verum quia ppositiones de contingenti conuertuntur in
oppositam qualitatem conuersa minori necessaria in affirmatiuam fiet idem
sillismus q' fuit factus prius in primo modo dicendo sic. omne .b. contingit
esse .a. omne .c. contingit esse .b. g' omne .c. contingit esse .a. Si uero alte
ponatur necessaria maior et ex eis non sequitur a'. conuersa non sequitur
i pa figura. uerum q in aliis figuris ex pis negatiuis non sequitur.
Demum cum dicit maior g' ponit conditionem eorum q dicta sunt
de modis vtilibus q' ad pfectionem et inpfectionem eorum .d. maior
est g' ex hiis q dicta sunt quoniam negatiue posita ad minorem
extremitatem vel ad utrasque ppositiones. aut non fit sillismus aut
si fit. fit quidem s3 inpfectus ex conuersione eius fit necessarius. Na
p conuersionem 9 necesse est. Est a' conclusio q ex minori ex
istente necessaria in pa figura bene potest formari sillismus in diuerse co
ditiones. nam certam modo p fit dz habere minorem negatiuam
ut sint. et sunt. si a' dicere et necesse dz sequi q' oz mi
norem esse affirmatiuam. ppter q si minor de contingenti ponatur necessaria
a' omnino non fit sillismus necessarius. aut si fit inductus oz necessariam
conuersam in affirmatiuam ex q conuersione est sillismus necessarius ut dz
in littera. Demum cum dicit si aut. docet formationem silli ex
ppositionibus de contingenti in modis particularibus. et .d. si q p' docet
formationem sillismi. tertio et quarto modi pe figure. secundo remouet
inutiles coniugationes pcedentes contra istos modos. pa i. Si a'
particularis contingit g' sic. dicit est quando fit sillismus ulis ex ppositi
bus de contingenti. aut pfectus. sillismus quidem ppositionum sit vlis
illa uero particularis posita vli ad maiorem extremitatem ita quod
maior sit ulis et minor particularis erit sillismus pfectus. Et te
disposita terminis modo in terminis .d. Na si .a. contingit omni .b. .b.
a' alicui .c. .a. a' alicui .c. contingit dico esse .b. est .a. contingenti .c.
est .b. g' quod .c. est .a. Na q' ista 9 sequitur manifestum est
ex terminis distinctione contingentis in q ut dictum est q nichil contingit
ipsi .b. q non contingit ipsi .a. unde in tali sillismo refertur
dici de omni. Tunc dispositione contingenti modo in terminis .d. rur
sum si .a. contingit nulli .b. .b. a' alicui .c. contingit inesse necesse est
.a. alicui .c. non inesse contingere. et hec pcedant demonstrationem
q dicta est prius. Est a' conclusio q si dicatur in terminis contingit
esse album esse hominem. contingit quoddam musicum esse album. g' contingit
quoddam musicum esse album hominem. vel a' in quarto modo dico
non album contingit esse hominem. quoddam musicum contingit esse album
g' non contingit quoddam musicum esse hominem. in utroque sillismo cadit
termino p d' de omni refertur ex accepta contingentis supposita
posita. Na d' de omni in minore contingenti est quoniam nichil sumitur sub
medio contingenti cum non contingat maior extremitas ppter q si
musicum fiat sub albo contingeret. oz ei contingeret inesse ipsum
hominem q' potest esse maior extremitas in albi. Demum cum dicit
si a' particularia. in parte ista remouet inutiles coniugationes
pcedentes contra istos modos et sunt due quarum una est si minor
particularis ponatur necessaria. sa est si maior fiat particularis. p' g' re
mouet pa. so sam. pa i. Si a' q ad maiorem dicit g' q
suppositio particularis fiat particularia vlis a' affirmatiua. ponit ut
silicet se habeat ita q maior sit vlis et minor particularis ut
.a. quod contingit omni .b. .b. a' alicui .c. non contingit p suppositas quidem
ppositiones non fit manifestus sillismus conuersa a' minori particulari
in oppositam qualitatem et posito .b. alicui .c. contingere erit eadem
9 que et in prioribus quoniam in hiis q in primo hec est in modis
vtilibus. Est a' conclusio q sillismus factus ex ppositionibus de i
esse in pa figura minori existente particulari necessaria sit dz in pfectus
et inutilis coniugatio. eo q particularis necessaria de inesse non conuerti
nisi in terminis. sed in oppositam qualitatem ut supra in primo habitum fuit
pbatum. s3 particularis necessaria de contingenti conuertitur in oppositam qualitatem
ideo s3 particularis necessaria existente de contingenti ex ea sillismus p
fectus fieri non poterit in pa figura sicut conuertitur in oppositam qualitatem
formabitur sillismus pfectus. Demum cum dicit si aut ad ma
iorem. remouet vna inutili coniugatione. In parte ista remo
uet aliam q est ex maiori existente particulari et minori existente
uli. et ita facit. q2 p ostendit ex maiori existente particulari
in pa figura non sequitur a'. conclusionem ex natura terminorum. secundo ostendit
hec idem sillogismo et declarat t' hec in te p inductionem.
pa i. amplius a' ex terminis. et i'. maior est g'. ostendit g' sic. dicit
est q non fit sillismus minori existente particulari necessaria. aut p
k. s3 q ad maiorem extremitatem est fiat particularis ita q maior
ppositio sit particularis. q a' ad minorem vlis. sine utraque in fine
vel particulares qualitercumque modo fiat dum modo maior sit particularis
nullo modo ex eis erit sillismus. Et tunc pbat hanc coniu
gationem esse inutilem ex natura medii termini .d. nichil q ex pluribus ipsum
.b. hec est ipsum medium transcendens .a. hec est maiorem extremitatem. et non
p(er) de equis. i. non per conuertentiam et equalitatem. i'o g' in q(ua)ntum .b. .i. ipsum
medium transcendit .a. vel maiorem extremitatem fiat. et sit .c. hic
ei .s. termino supposito sub medio transcendente. nam omni hec est ultra
fines. nam nulli .i. ulli necesse. nam alicui .i. particulari affirmatiue
nam non alicui .i. particulari necesse. contingit .a. hec est maiorem extremitatem
inesse si quod conuertant s3 contingere ppositiones. et .b. hec est medium
pluribus contingit q' .a. q est maior extremitas. Est a' conclusio
q ad pbandum ex maiori particulari et ex minori uli de con
tingenti non sequitur a' conclusionem in pa figura nec vlem nec particularem
nec affirmatiuam nec negatiuam. phylosophus duo supponit quorum unum est
.s. medium transcendens maiorem extremitatem et non p(er) de equis
cum ipsa maiori extremitate. p' se habet in plus q' ipsa maior
extremitas. s3 q ppositiones de contingenti conuertantur in oppositam
qualitatem. quibus suppositis apparebit inmediate ex tali ordine
ppositionum nullam conclusionem sequi. nam si accipiat duo termini
contingentes puta al' et album. et unum illorum se habeat in plus
q' alterum .s. album. nam album de pluribus potest q' al'. sic g' ac
cipiat ad sub albo puta nix vel lapis. in quantum album transcendit
ipsum al'. hunc termino supposito sub albo .s. nivi et la
pidi al'. nec vli nec particulari contingit inesse dico ei sic. omne
album contingit esse al'. omnem niuem vel omnem lapidem contingit esse al
bum. si dicas sequi conclusionem ulem affirmatiuam .s. istam. g' contingit
omnem niuem vel lapidem esse al'. cum hec conuertatur in oppositam
qualitatem sequitur et ista .s. contingit nullum lapidem esse al'. sed si
dicatur sequi conclusio particularis affirmatiua .s. ista contingit quendam lapidem esse

album sequitur et cum necessarium: scilicet ista non convertitur quendam lapidem esse album. Ex
tali ergo dispositione propositionum nulla conclusio sequitur. Quod ideo accidit quia
b vel medium in pluribus convertitur quam a vel maior extremitas. Eo enim quod
quodlibet album in plus se habet quam animal aliquod, potest contingere ipsum al-
bum et non ullum non potest contingere ipsum animal. Contingit autem
aliquando ut medium possit se habere in plus ut de pluribus praedicari quam
maior extremitas, et videtur quod non, quia medium habet rationem subiecti et
maior extremitas habet rationem praedicati; sed subiectum habet se in plus quam
praedicatum, sicut album habet se in plus quam homo, ergo etc. In contrarium est philosophus
in littera qui dicit b vel medium transcendere ipsum a vel maiorem extremitatem.
Dicendum quod supponere de inesse et quod praedicatum actualiter denotatur inesse
subiecto non est possibile subiectum vel medium esse in plus quam praedicatum eo quod praedicatum
dicitur dicione sui, ut album dicitur dicione hominis de quo praedicatur
sicut homo esset in plus quam album in actu actualiter reperitur in homine
de quo non verificatur in aliis. Sed in terminis contingentibus et supponere
de contingenti quod praedicatum non actualiter sed possibiliter denotatur inesse subiecto
nihil prohibet ipsum medium posse pluribus contingere inesse quam praedicatum vel
maiorem extremitatem. Nam ratione modi contingentis appositi quibuscumque terminis
potest contingenter habere rationem subiecti et rationem praedicati. Deinde cum dicit
Amplius autem ostenditur idem ex parte formae syllogisticae. Nam forma syl-
logistica quae solum secundum genus formae syllogisticae semper se tenet ex parte praemis-
sis eodem modo ordinatis semper est apta nata sequi una conclusio
sed si maior propositio ponatur particularis et minor ponatur universalis de con-
tingenti ex talibus praemissis idem tenet affirmativa et negativa conclusio se-
qui potest, propter quod forma syllogistica destruitur. Hic quod dicit philosophus in
amplius autem extremis manentibus, nam sic se habentibus propositionibus extremis
scilicet quod maior sit particularis et minor universalis convertitur praedicare
omni et nulli ex necessitate, idest convertitur concludere maiorem extremitatem de
minori affirmative et negative. Et tunc ponit terminos communes
omni et nulli inesse. Termini quidem ex necessitate inesse sunt isti: animal album
homo. Dicendum convertitur quoddam album esse animal, convertitur omnem hominem esse album,
ergo convertitur omnem hominem necessario esse animal. Termini vero non contingere sunt
isti: animal album vestis. Dicendum convertitur quoddam album esse animal, convertitur omnem
vestem esse albam, ergo de necessitate nulla vestis est animal. Deinde
cum dicit manifestum ergo, declarat ex propositionibus sic ordinatis nullus
syllogismus fit per inductionem. Nam talis ex propositionibus hoc modo ordi-
natis fieret syllogismus de inesse contingenti probabili aut necessario vel de contingenti
sed nullus istorum potest fieri, ergo male ordinantur propositiones.
Duo ergo facit quia primo facit quod dictum est. Secundo declarat quoddam cor-
relarium sequens ex praedictis. Secundo ibi: manifestum est autem. Dicit ergo quod
manifestum est ergo quod in hoc modo se habentibus terminis nullus fit syllogismus
et universaliter inducitur per omnes syllogismos. Nam omnis syllogismus vel est eius quod
quod est inesse et necessarii, manifestum quoniam non est idest syllogismus de necessario vel de
inesse ex talibus propositionibus esse non possunt eo quod affirmativa contingenti
tur privativa et privativa contingenter affirmativa: sed cum ta-
les propositiones mutantur in opposita qualitates affirmativa intervenit per
negationem et negativa per affirmationem. Relinquitur ergo ei quod est contingere
inesse idest ex talibus propositionibus fit syllogismus de contingenti: sed hoc est impossibile.
Nam ostensum est quoniam sic se habentibus terminis quod cum maior sit particularis
et minor universalis omni et nulli convertitur praedicare in primo inesse. Hic est extremis
sic ordinatis convertitur maiorem extremitatem praedicare de minori universaliter affirmative
et universaliter negative. Quare non est eius quod est contingere syllogismus. Nam necessarium non
erat contingens. Est autem considerandum quod ex propositionibus dispositis
eo modo quo dictum est potest concludi duobus conclusiones necessaria scilicet affirmativa et negativa
quod patuit in syllogismis superius factis. Sed necessarium ponebat superius non
contingens in definitione contingentis. Ergo vel non sequitur conclusio aliqua vel si
sequitur erit necessaria affirmativa et negativa et non contingens. Quia si di-
ceretur sequitur conclusio contingens sequeretur quod necessarium esset contingens quod non

est verum. Hoc est ergo quod dicit philosophus quod syllogismus sed contingere ex propositionibus sic
ordinatis non est. Nam necessarium non erat contingens. Amplius autem
ostenditur syllogismum de inesse et necessario constare ex propositionibus vacuis et
probabilibus simpliciter affirmativis vel negativis, propter quod ex propositionibus de contin-
genti quae convertuntur in oppositas qualitates quia affirmativa intervenit negativa
et negativa, tales syllogismi esse non poterunt. Deinde cum dicit manifestum
autem concludit quoddam correlarium sequens ex dictis, dicens quod manifestum
est ex dictis quoniam cum universalis fit terminus in propositionibus contingentibus semper fit syllogismus
unam orationem esse notiorem alia oratione. quia forte est composita
ex terminis communioribus. et aliquando contingit esse notiores ipsis oratio-
nibus. quia primas orationes non cognoscimus nisi quia terminos cognos-
cimus. ut dicitur primo posteriorum. et unum terminum contingit esse notiorem alio in
eo quod forte est communis et magis notus intellectui. sic est ens
quod primo imprimitur intellectui ut dicit Avicenna. ideo dicit philosophus quod semper in reso-
lutione syllogismorum debemus accipere nomina magis nota pro nomini-
bus minus notis. et orationes magis notas pro orationibus minus
notis. et universaliter nomina pro orationibus. quia termini universaliter sunt notiores primis
. est autem membrum non est dare. sed quando orationes sumuntur pro nominibus eo
quod orationes sunt minus notae ipsis terminis. — Simpliciter autem considerandum quod philosophus
signanter dixit nomina pro nominibus. et nomina pro orationibus esse su-
menda quando idem valet. Nam bene contingit aliquam orationem esse notio-
rem aliquibus terminis. sicut ista oratio esse totum est maius sua parte. est
magis nota hiis terminis positis in littera. suspicabile et opinabile. sed
tamen oratio cum terminis et terminis cum orationibus non valent idem. quando ergo nomina
et orationes. et nomina idem valebunt. tunc est universaliter verum. quod semper
nomina pro nominibus et nomina pro orationibus sunt accipienda tamquam magis
nota pro minus notis. — Deinde cum dicit. quando vero. In
parte ista declarat hoc non esse observandum in terminis non idem significan-
tibus. unde ait. quando autem non est idem esse voluptatem bonum simpliciter
et voluptatem esse quoddam bonum. puta bonum utile. non similiter po-
nendi sunt termini. sed si est syllogismus ad conclusionem quod voluptas est bonum
simpliciter. tunc tantum est ponendum bonum simpliciter. si autem sit syllogismus super ad
conclusionem quoniam quoddam bonum. tunc ponendum est terminus. quoniam quoddam bonum
hoc est ad bonum contractum. Et sic tantum est de istis. ita observandum
est in omnibus aliis. — Est autem considerandum quod bonum non debet simpliciter teneri
dupliciter. nam dicitur de bono honesto. de bono utili. et de bono
delectabili. ad conclusionem ergo voluptatem esse bonum simpliciter cum huius
syllogismi erunt sumendi bona simpliciter. quia ex bonis particularibus
et contractis non concludetur bonum universale. sed ad concludendum bonum utile
vel bonum delectabile particularia bona sunt accipienda particularia. similiter in talibus
bene ergo nominibus vel terminis qui non sunt eidem cum orationibus. quia orationes
sunt notiores nominibus. non debemus nomina pro nominibus. nec nomina
pro orationibus accipere eo quod non valent idem nomina et orationes
nec idem valent nomina cum nominibus. sicut non valet idem bonum
simpliciter et bonum hoc contractum. — Circa istam lectionem contingit
dubitare quod praedicatum vel subiectum possit reduplicari. et videtur quod sic. quia
philosophus dicit reduplicationem esse ponendam ad maiorem extremitatem. sed sicut

materie extremitas habet rationem partis sicut et subiectum. ergo partem potest reduplicari. Preterea quandocumque aliqua duo sunt penitus eadem si aliquid attribuitur uni, idem videtur posse attribui alteri. sed partem et subiectum quia sunt eadem realiter sicut homo et animal. ergo si reduplicatio attribuitur uni potest attribui et alteri. Preterea dicimus quod differentia predicatur de diffinito in eo quod differentia, et quod est pars in eo quod est. sed differentia habet rationem partis respectu diffiniti. si ergo reduplicatur differentia videtur partem posse reduplicari. In contrarium est philosophus qui dicit bonum in quantum bonum [illegible] de multis esse similiter et intellectum.

Dicendum quod in questione ista duo sunt que videntur facere difficultatem. primum est conceptus subiecti et partis. Nam cum subiectum et partem sit idem realiter videtur quod ita partem possit reduplicari sicut et subiectum. Secundum est quia modus predicandi convenit eis quoniam superiora predicantur de inferioribus in quantum superiora et differentie de diffinito in quantum differentie. et animal dicitur predicari de homine in eo quod genus et album in eo quod accidens in quibus omnibus videtur ipsum partem reduplicari. ista ergo duo declarabimus. quia ponemus quod quamvis aliquid competat parti quod non competit subiecto vel econverso non obstante quod sit idem realiter. secundo declarabimus quod numquam reduplicabitur partem quamvis modus predicandi in ipso parte possit reduplicari.

Propter primum sciendum quod quod competit parti si competat subiecto vel dicit quid rei vel dicit quid rationis sumendo large quod nominis pro intentionibus vel prioritatibus rationis. si dicat quid rei absolute tunc omnia que competunt parti oportet quod competant et subiecto. quia cum non essent idem realiter sed differrent. Si vero talia dicant quid rationis tunc non oportet ea que competunt parti competere subiecto accipiendo quod rationis eo modo quo diximus. unde non valet homo est quod album. album est adiectivum. ergo homo est adiectivum. nec valet homo est species. Sortes est homo. ergo Sortes est species. sed non valet. triangulus habet tres in eo quod triangulus. triangulus est figura. ergo triangulus habet tres in eo quod figura. Omnia enim ista vel dicunt quasdam modos se habendi vel dicunt secundas intentiones vel quasdam habitudines predicandi. in quibus omnibus non oportet omnia competere subiecto que competunt parti nec econverso. Non obstante ergo quod partem et subiectum sit idem realiter ipsum subiectum potest reduplicari absque eo quod reduplicetur partem. Consequenter ergo restat declarare secundum scilicet quod partem numquam reduplicatur in quantum partem. Nam licet animal predicetur et rationale predicatur de homine et universaliter superiora predicentur de inferioribus et equalia de equalibus. non tamen animal predicatur de homine in eo quod animal. ita quod ista sit vera homo est animal in eo quod animal et homo est animal rationale in eo quod animal rationale et homo est albus in eo quod albus. omnes predicationes predicatae sunt false et non intelligibiles eo quod cum inhereat aliquis et albi in homine quod in animali et in albo cum tamen debeat esse in homine quod habet rationem subiecti. non est tamen inconveniens in talibus partes reduplicari modos predicandi. licet enim animal rationale non predicetur de homine in eo quod animal rationale. predicatur tamen de ipso in eo quod est differentia eius et animal non predicetur de homine in eo quod animal. predicatur tamen de ipso in eo quod est genus eius. Sic et quoniam album non predicetur de homine in eo quod album predicatur tamen de eo secundum quod est accidens eius. immo necessarium est per tales predicationes in partibus partis reduplicari. Nam cum distinguat multa predicabilia et multa predicata. et cum omnia predicata non predicentur eodem modo huiusmodi distinctionem in predicata predicata indicabit nobis ista reduplicatio in eo quod. nam animal ita predicatur de homine in eo quod genus quod non predicabitur de eo in eo quod differentia. et rationale ita predicabitur de homine in eo quod differentia quod non predicatur de eo in eo quod genus vel in eo quod accidens. Sic et album ita predicatur de homine in eo quod accidens quod non predicatur de ipso in eo quod genus vel differentia in omnibus eius talibus ista reduplicatio in eo quod non dicit inherentiam predicati in subiecto ita quod animal vel animal rationale reduplicetur. sed dicit inherentiam modi predicandi. ita quod modus predicandi reduplicetur et non ipsum partem. Quamvis non sit circa hec multum clarum tenere [illegible]

ad tractatum quem fecimus de positione generis de specie sive superioris de inferiori vel declaravimus quomodo superius ut sic predicatur de inferiori et qualiter [illegible] intelligi superius vel cum reduplicatione ad predicatum autem certum tamen sit quod numquam reduplicatur partem quamvis modus predicandi possit reduplicari ut est plenius declaratum. Ad primum ergo dicendum quod partem philosophus non vult quod partem reduplicetur et quod reduplicatio ponatur ad partem tamquam ad id quod reduplicatur. sed vult reduplicationem esse positam ad materie extremitatem tamquam ad id cui convenit esse ipsam reduplicationem. Ad secundum patet solutio. nam quamvis subiectum et partem sit idem realiter. tamen aliquid potest competere uni quod non competit alteri propter illa que diximus rationis. Ad tertium dicendum quod differentia potest dicere duo. aut enim dicit rem subiectam intentioni differentie ut animal rationale et hoc modo non reduplicatur quia animal rationale non predicatur in eo quod animal rationale. aut potest dicere ipsam intentionem. et hoc modo differentia in eo quod differentia predicatur. primo modo differentia dicit ipsum partem scilicet animal rationale. et hoc modo numquam predicatur. secundo modo dicit modum predicandi et hoc modo potest reduplicari.

Omne autem idem. Postquam philosophus superius dixit non idem esse bonum sub bono hoc continetur. In parte ista hec probat et dividit per ista in partes. Nam primo facit quod dictum est. secundo removet quandam dubitationem dicens originem expositionis et continet resolutionem silligismi augmentati in sua principia et non ulterius negat hanc resolutionem a sillogismo secundo ex hypothesi. secunda ibi non oportet autem. tertia ibi non lateat autem. circa primum autem dicit philosophus duo facit. secundum quod dicit probat intentum. nam primo probat hanc conclusionem dicendo ad propositum secunda ibi si ergo a. [illegible] ergo dicit. dictum est quod non idem significat voluptatem esse bonum vel et non esse bonum hoc continetur. cum propter quod non est idem necesse est dicere quando c inest b huic quidem omni inesse a et dicere cuius b omni inest et a omni inesse. unde non est eadem propositio esse b et a et b est a quantum ad maiorem propositionem nec esse c est b et c est b quantum ad minorem. nam nichil prohibet b inesse c non autem omni id est non autem universaliter. ut dato quod b sit pulcrum c non sit album. signum aliquid cum albo inest pulcrum verum est dicere particulariter vel indefinite quod albo inest pulcrum. sed fortasse non omni id est non universaliter. Est autem considerandum quod philosophus hic consilium. Si tamen supra velit ut particulares essent idem quemcumque propositionem formaret ex eis particulares suppositis vel prohibet eandem propositionem formare ex eis universaliter suppositis. sed si pulcrum inest alicui albo possumus inferre hanc propositionem particularem vel indefinitam scilicet quod quoddam album sit pulcrum. non tamen possumus inferre propositionem universalem scilicet quod esse album sit pulcrum. ergo universaliter et particulariter supposita non sunt idem cum ex eis non formentur eedem propositiones. Quereret aliquis utrum universale et particulare sint idem et videtur quod sic. quia si non essent idem. sicut si non essent idem alicui Sortes. tunc unum non predicaretur de alio essentialiter. cum ergo superiora et universalia predicantur de inferioribus particularibus. ergo videtur quod sint eadem. In contrarium est philosophus qui dicit talia non esse eadem neque esse [illegible] dicere. Dicendum quod si intellexerimus loqui de universalibus modo platonico cito possemus huic quesito satisfacere. plato enim posuit ut dicit philosophus in primo metaphysice universalia esse separata a particularibus ex quo ponere sequitur universalia non esse idem cum particularibus. quia nihil est idem alicui quod est separatum ab ipso. neque quantum ad esse. quia universale habet esse separatum. particulare vero habet esse concretum in materia quantum ad dicere quia universalia dicuntur et percipiuntur abstracte. particularia vero percipiuntur ab ipso sensu. sed secundum philosophum universalia non sunt separata a particularibus eo quod ponit de eis essentialiter. ponere autem ea esse alia quantum ad esse et quantum ad dicere non est usquequaque facile. Dicendum ergo quod universalia prout considerantur dicuntur. propter quod sunt in particularibus et si non differunt

ulia a pticulib;. Na al' ut e i hoie e idez cu hoie. a ho
ut e i sor. e idez cu sor. 2o pnt osin ulia ut sc
sn pticulib; ut al' poterit osin pt hoiez a pt capraz
a ho poterit osidari pt sortez a plonez a possum9 dice
ulia differre a pticulib; qt ad mo eendi. a qt ad mo
dicendi l' qt ad mo intelligendi. Na dimt qt ad mo eendi q
eoz mo eendi n e cu hic a nunc. imo ulia sc absoluta
a sepata a talib; odicoib; pticulib; q sut hic a nunc. ut a
ee i uno q no i alio. mo uo eendi pticulis e hic a nunc
a ita ee i uno q no i alio. Ex istis go mois eendi dien
tib; ulib; a pticulib; sequitr mo intelligendi utriusq; dientes.
Naz ule cognoscitr ab intellectu pticulare uo no cognoscitr ab
intellectu directo aspctu. s; directo aspctu cognoscitr ab ipo
sensu. Ex istis go mois intelligendi sequitr diuisi moi pnu
tiandi ulis a pticularis. na ule pnuntiatr pticulr. Isto go
mo osido ulia ipa no sut eadez qt ad ee nc qt ad
dice ut dr phs i lra. Demu cu dr. sig. a. i pte
ista or hic idez directo ad hic i ... q possz ocludi oo
ex main ptin i pa fia. si pro ulis eet eadez cu pticulari
Pona aute si ac a. i est b. no oia a de quo b. i. no p dicr
a. de b. ulir. s; soluz pticr. tu q nz hoi. c. i est b. a
ulir. nz si soluz alic nece e a. oi c. i ee qs tu seqr
si ulis eet eadez cu ptin. a no solu ocludetr ulr. a.
i ee. c. ul no oi. hic e pticulr maiori existente ptin s;
n i ee. c. i. n ocludetr aio no. a. de. c. ex quo mar
ponitr ee ptils. si aut de quocuq; dz. b. ue hunc oi i
est. a. i. si. a. pt de. b. ulir. tuc accidz de quo oi. b. dz
affirue de oi dr ipm. a. si tn. a. dicatr de. b. ulir. te
nl phibet ei q e. c. i. aliciu accepto sb. c. i ee a
pri. b. a. dut no i ee illi ulir. nz oi d i ee. Tuc poit
tiones iste q dictaz e. d. i eb; go eis mai e q dz. qn
de quocuq; b. dz oi. i. ulir. neciuz e q dicatur. a. ulr
a si. b. qdez ptur de oi ulir. sia no oi. hic e no p dicr
ulr. b. no e nece. a. de oi dici de quo dz. b. sup ulir.
Est a' osio q si no differret po ulis a ptin ul'
ex pmis pticulib; cludetr ad. ul ex main ptin a ex
minori uli ocludetr oo i pa figa. q ponitr ee eade
ppocis. cu go hic sit i pole. io dicat phs q si ma
extas n ptur de minori ulir. itaq minor po n sit
ulis. siue minor po ponatr ulis siue ptilis nuqm
ocludetr ulis oo p paz fiaz. imo nlla oo ocludetr
ex talib; poib;. Amp a' osio hic ee ulr. uez q
si meo p dicetr ulr de minori extte oz maiorez extte i
pri ulr de minori extte. ut si pulcr ptur de pulcro
oz coloratu pri ulr de ipo albo dato sic. oe pulcru
e coloratu. oe albu e pulcr. go oe albu e coloratu
no tn sic e. na maior extas bn poterit pri de
meo ulr. si tn meo n ptur de minori exte ulr. te
no oz maiore extte pri ulr de minori i ... ut si
pulcru n pt ulr de albo. dato q coloratu p dicr
ulr de pulcr no oportebit coloratu pri ulr de albo
hic e go q dr phs q de quocuq; dz oi ipz. b. de illo ne
cessario e dici. a. s; si. a. no dz ulr de min exte. te
no e nece. a. dr ulr de minori. s. i ... Deinde
cu dr. no oz aut. In pte ista phs remouet quadam
dum hus oriur ex quibdam dcis supr. Naz multa qt
sut posita supa ad explanacoez rioz. ne go credatr
hic q ee de necitate hus remouz phs. no oz a' ambi
arbitrari

... p expoez tioz acuitate ad i ... iens. No ei laborami9 s.
ipso e in eo q aliq sit. i. ut talia sit de necitate artis. s;
quadm geomet. d. bipedale linea recta a sine latitudine ee
hac. i. hac lram desceptaz i pulue hic mo demor q no e sic
e q dicat ista lra ee bipedalez ul' duoz pedu q no est
s; demoratoz no sic utitr talib; descripcoib; l' exs ut ex his
ad demret. Na i oi sillo i e una po no e ut totu ad
ptez. sic e minor extas talia ut ps ad totu sic e mi
noz ex illo talium no hent talim ordicez ot demos
tratoz eo q ex talib; poib; no hntib; talez ordicez no
fit sills. ex pone aut sic ut sentiat q addiscat. i. ex inti
mui i expone tioz. ut addiscens facilius capiat sciaz n
tn utitr eis sic ut sn eis no sit pole demorare quadm
exill' ex quib; e sills. Est aut osio q si demra
toz uellz demorare ataz lraz rectaz sine latitudine ee bipe
dale a ad hec demorrandum assignet hac lraz desceptaz
i aliq ma possz ee decepto i talli ex posito. no tn demo
strator decipitr ex hec q n sillat ex ill' lrls desceptis
a exemplatis tamqm ex eis sillim formas. s; magis de
monstrat ex illis q p illas desceptas itelliguntr. Amps
a' osio unusq;q; quescit i ato tmo qt diu ei ata res in
mo no quescit. cu go aliqs opponitur no intellectui uli
a i distincte no quesat. eo q nescit ad qd debeat id ule
applicn. s; cu ponitr ei i quibusdaz tis a exs facilr itcm eius
capietr pp q bn ait phs q expone tioz poto ex
utimr exls ut sentiat q addiscat ut at ex sit de necitate
artis patebit i fine lciois. Demu cu dicr. No lateat
aute. In pte ista or qualir debeat resolui oo in sillo i
augmentato. a duo facit. Na po facit qd dem. so or quo
facilir oio iducta alic9 itimu potit. s. a. r. a ad dif
finicoes. qd e go q no de nos latere qm q i sillo eede
ua ee snes no sut p una a eadez figaz. s; hic quadez p
una. illa uo p alia. ut si hic e i sillole q qnz maior
ill' silli sillocet i pa figa a minor i sa. qm uo eto.
pala go qm a resoluciones st faciende ex his. s. figis
ee q forte eet nob ignotu quo ocludetr maior ul'
minor po i qulib; figa. io sbdit. qm at no oib; i omni
figa s; q i unaqaz sut dispote. s; poes mai ex snei
qa sit qrendu. Na si ocluditr ulis affirua debemus
dre illaz poez ee sillotaz p paz fiaz. s; negua p pma
a saz fiaz a sic de aliis. Est a' osio unius silli pos
se ee plees ones. Naz si sumatr maor a p sillocet i aliq
fia ocludetr una oo. si uo sumatr minor a p sillogize
tur assuptis qbzdaz ocludetr aia oo. assuptis go p
posicoib; ab uno sillo plees ones ee poterit at
q p alias a alias figas he ones ocludi poterit. oc
a hnt resolui i alias a alias figaz. Deinde cu dr. a ad
diffoes. In pte ista or quo facilir diffo aliciu9 orois
intimu poterit ... a ad diffones oronu quecuq;
ad unu qdez eoz q st i tio redargute sut ad qd re
darguituz e tinu poni. a no totaz oronez. i. si uolu
mus itime qcaz onez respiciendu e ad ea q ponu
tur i diffone a tio eius. qd exs intimitr e ponendo
eu tinu. No e aut respiad ad tota oronez. Cui caa
assignt. d. q mr oto oturbau p p logitunez. ut si aqa
ondat. i. diffiat qm aq e huidus pot. a quo potiz
debeu9 ponere tios. Est a' osio oez diffones osta
re ex gne a dra ... ex quibusdam tis ... antibus

re dissimilitudinem. Nam generativa comparatur ad generatum et generatum ad ge
neratum sicut priorum. Contraria non habent comparationem ad priora sicut ...
istorum terminorum ex quibus constat dispositio tota appellatur a philosophis
medius terminus. Si vero volumus in terminis dispositionem orationis respicientem
quando est ad terminos ex quibus habet esse, tertius ex quo in terminis est compositio
eius terminus. Cum igitur in exemplo genere intimatur contraria et contraria in
exemplo secundum ut dicitur physicorum 6. topicorum. generativa et contraria sunt positionis termini
dispositionis. Quasi in exemplo secundo et quarto intimatur quod .... sed et positio sunt
positionis termini orationis et dispositio dicitur resolvi in genera et contraria. et contraria
dicitur resolvi in se et priorum tamquam in propositiones terminos eius. Deinde
cum dicit. amplius autem. In parte ista ostendit philosophus sillogismos ex ypothesi non
solum eo modo quo resolvuntur sillogismi ostensivi. circa quod est. facit
nam primo negat talem resolutionem a sillogis ex ypothesi. secundo negat
eam a sillogis per impossibile. tertio dat causam. In istos duos sillogismos
et quarto excusat se a prolixa determinatione predictorum sillogismorum
sicut primo similiter autem. secundo ibi. differunt autem. quarto ibi. plures autem.
Circa primum duo facit. nam primo proponit intentum. secundo declarat per
exemplum. secundum ibi. ut si quis ponat. dicit igitur amplius autem per ea
quae dicta sunt sillogismos ex ypothesi non est temptandum reducere
nam non ex his quae posita sunt est reducere. idest non possumus
reducere in ipsas propositiones ex quibus fiunt. quia non sunt os
tensi per sillogismum sed ad placitum concessi sunt omnes. Considerandum
ergo circa istas utrum sillogismi ex ypothesi possint reduci in
sua principia. Dicendum quod sillogismos ex ypothesi resolvi in terminos
et in premissas dupliciter posse intelligi. primo quod reducantur in terminos
et propositiones concessas. et hoc modo sillogismi ex ypothesi bene resolvun
tur in sua principia sicut et sillogismi ostensivi. nam in illa principia
res resolvuntur ex quibus ipsa res generantur. et quia sillogismi ex y
pothesi generantur et concludunt conclusionem ex aliquibus
premissis concessis ex ypothesi. ideo possunt in tales
premissas resolvi. Secundo modo potest intelligi sillogismos ex
ypothesi in sua principia resolvi eo modo quo resolvuntur
sillogismi ostensivi. et hoc modo philosophus negat ipsos resolvi. nam
sillogismi ostensivi non reducuntur in premissas ad placitum conces
sas. sed sic ex premissis ostendunt simpliciter conclusionem. sic et
in eas simpliciter reducuntur. Deinde cum dicit. ut
si quis. In parte ista philosophus quod dictum est declarat per quoddam
exemplum. dicit quod si quis ponat ex ypothesi si non est
una quedam potestas contrariorum neque una disciplinam esse
deinde disputet idest sillogizet. quoniam non est una potestas
contrariorum dicendum quod non est idem actus nec eadem potentia
sed contrariorum ut sanativi et egrotativi non est idem actus
quia tunc idem simul esset sanativum et egrotativum. ergo istorum non
est una potestas. Et si contrariorum non est eadem potestas non est os
tensum per sillogismum nec tamen ostensivum eius erit quoniam contrariorum non est
una disciplina. quamvis conferri sit necesse. autem non ex sillogismo
sed ex condictione idest pacto. igitur quod contrariorum sit eadem disciplina
sed ex premissis concessis. sed illa alia scilicet quod potestas contrari
orum non sit eadem sed ex premissis positis in sillogismo simpliciter
hanc igitur non est reducere scilicet conclusionem ex ypothesi conclusam
aliam autem. ut quoniam non est una potestas contrariorum est reducere
quia fortasse sic fuit sillogismus. illud autem ex condicto idest una istarum
conclusionum ostensa est sillogistice. alia autem ex ypothesi
Est autem considerandum quod si dicatur contrariorum non est idem actus nec
eadem potentia. sed contrariorum non est idem actus. ergo neque ea
dem potentia. hec conclusio sequitur ex istis premissis. quia virtualiter
et sic simpliciter predicta conclusio continetur in talibus premissis. sed
si dicatur sequitur ista consequentia scilicet quod contrariorum non sit eadem disci

plina. hec non erit sillogistice. quia ista consequentia non continetur in assumptis
premissis sed simpliciter. sed solum secundum ex facta ypothesi. supponitur
enim fuit quod si contrariorum non sit eadem potestas contrariorum non erit
eadem disciplina. ideo sic probabitur de potestate quod erit idem pro
batum erit et de disciplina. Deinde cum dicit. similiter autem.
In parte ista negat hanc resolutionem a sillogis per impossibile. secundo.
sillogismi autem et illi qui per impossibile concludunt nam neque in
hos resolvere est. idest sillogismum per impossibile non est resolvere in terminos
simpliciter suppositos sed deductio quidem est ad impossibile sillogismo demon
stratur. hec est una quo concludit sillogistice in sillogismo per impossibile
alterum autem non est monstrare sillogistice. sed quod concluditur con
ditione. Est autem considerandum similiter esse quod ad aliquid
in sillogis ex ypothesi et per impossibile. nam si arguitur sic per im
possibile. nullus lapis est animal. quedam substantia est animal. ergo quedam
substantia non est lapis. si ista consequentia non est vera concludat opposita
scilicet quod omnis substantia est lapis. ex ista propositione concessa cum mi
nori concludetur impossibile dicendo. omnis substantia est lapis. quedam substantia
est animal. ergo quoddam animal est lapis. hec est impossibilis. ergo illud ex quo
sequitur. istud ergo impossibile non sequitur ex premissis alicuius
... sed secundum ex concessione oppositi consequentis. sic etiam non sequitur
quod in sillogismo ex ypothesi ex premissis solum simpliciter suppositis sed
ex premissis concessis. quantum ergo ad hoc [illegible] est simili
tudo inter unum sillogismum et reliquum. Deinde cum dicit
differunt autem. In parte ista ne credatur esse omnino simile
et sillogismum ex ypothesi atque sillogismum per impossibile. ideo post
ea ... hic post differentiam unam autem differunt autem a
predictis. scilicet sillogismi per impossibile. quoniam in illis quidem. scilicet in sillogis ex ypothesi
oportet prius confiteri si debeat consentire. ut si ostendatur
esse una potestas et una disciplina contrariorum. oportet scilicet concedere
esse similiter de potestate et de disciplina ad hoc quod sic conclu
ditur una conclusio quod debeat concludi et reliqua
hic autem. scilicet sillogismi per impossibile et non prius confessi concludunt
eo quod manifestum sit falsum. ut posito diametro simmetro.
hec est inconveniens sequitur sine concessione quod paria sit
equalia imparibus. Est autem considerandum quod cum de quolibet
affirmatione vel negatione vera. oportet affirmativam vel ne
gativam aliam sillogismi per impossibile conclusam esse veram ad
eius oppositum. sive igitur concedatur sive non. ex quo con
cluditur ad impossibile oportet concludi id per quod id sequitur ut
si concludatur diametrum esse simmetrum poterit conclu
di paria esse equalia imparibus. quoniam autem hec sequitur supra
est ostensum. Deinde cum dicit. plures autem. In parte
ista excusat se a prolixa determinatione istorum sillogismorum dicendo
quod plures autem et diversi modi et diverse species concludun
tur ex condictione. hec est ex sillogismo ex ypothesi quos
diversos modos perspicere et pronuntiare. hec est manifes
tare a parte igitur horum sillogismorum dicendum et quoties fiunt
sillogismi ex ypothesi dicemus postea. sed in secundo hic. nunc autem
in tantum tantum sit. quoniam non est resolvere huiusmodi sillogismos in figuras
et ob quam causam diximus. Circa istam lectionem quero una
questio primo. utrum exempla sit de necessitate scientie. et videtur quod sic. quia
illa necessario constituunt scientiam per que determinantur et ponuntur in illa
scientia. sed in qualibet scientia ponuntur exempla. ergo predicta esse necessaria
in qualibet scientia considerantur. Preterea illa sunt necessaria ad scientiam ha
bendam sine quibus scientia acquiri non potest. sed sine exemplis
positis scientia haberi non potest. quia in determinatione non est scientia
cum igitur intellectus sit in determinatione quod diu non determinatur per aliqua
exempla ad certam materiam determinatur. videtur ex hoc quod exempla

debeat dici necessaria. Iuxta hoc est quod dicit philosophus quod in ex-
positione terminorum ponendo exempla non utimur ut ita sint
sicut sentiat qui addiscat. Ad quod intelligendum in hac
investigare veritatem quesiti oportet nos declarare duo. Primum est
quomodo aliqua considerantur diversimode in aliqua scientia. Secundum est quot mo-
dis potest aliquid dici necessarium. Circa primum est sciendum quod quatuor
ordinibus potest aliquid in scientia considerari. Uno enim modo consideratur
aliquid in scientia primo et per se et secundum quod ipsum. Secundo modo per se sed non
secundum quod ipsum. Tertio modo per se et non primo nec secundum quod ipsum. Quarto
autem modo nec per se nec primo nec secundum quod ipsum sed per accidens et
ex consequenti. Hec autem dicta tam in scientia reali quam in methaphysica et in alia
ta possumus invenire et in tradita in isto libro priorum. Nam in methaphysica
consideratur aliquid primo et per se et secundum quod ipsum ut ipsum ens. Unde
in principio quarti methaphysice dicitur quod est scientia que speculatur ens in quantum
ens et assignat eius essentiam. Secundo modo consideratur in aliqua primo et per
se sed non secundum quod ipsum sicut est substantia. Nam substantia consideratur ibi
per se quia est per se pars entis et consideratur in primo quia ratio entis
verius reperitur in substantia quam in aliis predicamentis eo quod alia
non sunt entia nisi quia sunt entis hoc est quia sunt substantie que primo
et principaliter dicitur esse ens. Non tamen consideratur ibi secundum quod ipsum quia
in predicamentis non consideratur ipsa substantia secundum quod ipsa sed consideratur
ibi in quantum ens et in quantum est principale ens. Tertio modo con-
sideratur aliquid in methaphysica per se sed non primo nec secundum quod ipsum
sicut sunt accidentia. Nam ibi considerantur novem predicamenta ac-
cidentalia per se quia sunt partes entis. Sed non considerantur
in primo quia ratio entis non reperitur in ipsis principaliter. Nec conside-
rantur ibi secundum quod ipsum quia non considerantur in quantum sunt entia.
Quarto autem modo considerantur in ea que ponuntur ad expositionem
terminorum. Nam predicta exempla non considerantur in per se quia
non sunt partes entis nec primo quia de eis non est principalis conside-
ratio. Nec etiam secundum quod ipsum quia non considerantur in quantum sunt en-
tia sed ut faciunt ad expositionem entis. Omnia autem ista pos-
sumus reperire in scientia tradita in isto libro priorum. Aliquid
enim consideratur hic primo et per se sed non secundum quod ipsum sicut est sillogismus de-
monstrativus. Consideratur enim per se quia est pars sillogismi simpliciter. Consideratur
autem primo quia ratio sillogismi reservatur in ipso primo et principaliter et prin-
cipaliter de ipso intenditur in isto libro. Unde dicebatur
in principio istius libri quod principalis intentio philosophi erat
de demonstratione et de disciplina demonstrativa. Non tamen con-
sideratur hic secundum quod ipsum quia hic non consideratur de sillogismo demon-
strativo nisi in quantum est de ratione sillogismi simpliciter. Tertio modo
potest dici considerari per se sed non primo nec secundum quod ipsum sicut
sillogismus dialecticus consideratur enim per se quia est pars sillogismi simpliciter. Non
autem primo quia non est principalis intentio de ipso in isto libro
nec secundum quod ipsum quia hic non consideratur sillogismus dialecticus nisi in quantum
est sillogismus simpliciter. Quarto autem modo possunt considerari exem-
pla que sunt posita ad expositionem terminorum ubi supra
tactum est. Nam predicta exempla non considerantur per se in hoc libro quia non
sunt partes sillogismi simpliciter. Non primo quia de eis principaliter intentio
in hoc libro. Nec secundum quod ipsum quia non considerantur per se sed per expo-
sitionem sillogismi simpliciter. Viso quomodo diversimode aliquid
consideratur in hoc libro restat declarare secundo quot modis aliquid
dicitur necessarium. Primo est sciendum quod secundum philosophum quinto methaphysice necessarium
dicitur multis modis. Potest enim primo dici necessarium ratione materie
ut necessarium est hominem corrumpi quia componitur ex contrariis. Secundo
modo potest dici necessarium ratione forme ut necessarium est hominem
intelligere quia est animal rationale. Tertio autem modo potest aliquid
appellari necessarium ratione cause efficientis quod est aliud necessarium vi-

olentum ut necesse est furem suspendi vel decapitari. Quarto autem
modo dicitur necessarium ratione finis. Et hoc dupliciter. Nam aliquid nullo modo po-
test habere finem suum tali necessario ut necesse est hominem moventem similiter
ire Romam. Aliquid quandoque potest habere finem suum tali necessario
quia est adesse sed non requiritur ad bene esse ut necessarium est homini habere equum
si vult ire Romam vel habere navem si vult ire ultra mare. Cum
ergo quod ut exemplum sit de necessitate scientie absolute loquendo debemus
quod talia non sunt de necessitate scientie eo quod scientia potest haberi
quantum ad suum esse sine talibus. Sed si quis ut sit necessaria quantum
ad bene esse. Ideo quod possunt dici necessaria eo quod homo facilius addis-
cit ea que aliquo per exempla exponuntur. Et hoc est quod intendebat philosophus quando dicebat
nos indigere exemplis in expositione terminorum non ut ita sit sicut
sentiat qui addiscat. Patet ergo quod exempla non considerantur per se in scientia
nec esse de necessitate scientie scilicet quantum ad eius esse quamvis possunt dici
necessaria quantum ad faciliorem expositionem scientie. Argumenta vero solu-
ta sunt per ea que dicta sunt in corpore questionis.

Reliquum vero. Postquam philosophus ostendit qualiter sillogismi omnium
et reduplicatum in sua principia reducantur et materias
in propositiones et in terminos que sunt principia materialia sillogismorum.

In parte ista ostendit quomodo sillogismi facti in una figura possint redu-
ci in aliam quia figure pertinent ad principium formale sillogismi. Et quia
figure sunt tres ideo philosophus tria facit. Nam primo ostendit aliquos sillogismos
factos in prima figura posse reduci ad secundam et econverso. Secundo declarat aliquos
modos tertie figure posse reduci in primam et aliquos prime ad tertiam. Et
tertio manifestat aliquos sillogismos secunde figure posse reduci ad tertiam
et econverso. Secunda ibi rursum quicunque in tertia. Tertia ibi. Eorum quoque media.
Circa primum duo facit. Nam primo proponit intentionem. Secundo exequitur.
Secunda ibi. Sicut a. Dicit ergo quod quecunque propositiones id est conclusiones conclu-
duntur in pluribus figuris sibi propositiones sillogizantur in tertia figura et re-
ducuntur sillogismi ex talibus propositionibus formatur in aliquam figuram
ut enim quod est in prima figura privativum id est sillogismus negativus prime figure
est reducibile in secundam figuram et enim quod est in medio consequitur reducibile in primam
non tamen omnes sed quidam. Erit autem istud manifestum in se-
quentibus. Queret aliquis utrum sillogismi prime figure possint con-
cludi in secunda figura. Et videtur quod non. Quia perfectum non reducitur ad im-
perfectum sed econverso. Cum ergo sillogismi prime figure sint perfecti non videtur quod debe-
ant reduci ad sillogismos secunde figure qui sunt imperfecti. In contrarium est
philosophus in littera. Ad quod de reductione sillogismorum in sua principia pos-
sumus loqui dupliciter primo secundum quod sillogismi reducuntur in sua principia per que perfici-
untur et integrantur sicut sunt dici de omni et de nullo que sunt principia
formalia sillogismi et propositiones et termini que sunt principia materialia sillogismi. Alio modo
possumus loqui de reductione sillogismorum in sua principia prout sillogismi
reducuntur in sua principia per que sillogizant et concluduntur sicut
sunt modi et figure. Primo modo sillogismi prime figure numquam reducuntur in
secundam nec in tertiam figuram sed potius econverso eo quod omnes sillogismi perficiuntur
per primam figuram. Sillogismi vero prime figure sunt immediate sunt perfecti per
sua principia. Sed secundo modo non est inconveniens sillogismos prime figure reduci in
sillogismos secunde figure eo quod una conclusio ut particularis affirmativa vel particularis
negativa in pluribus figuris et in pluribus modis concludi potest
et per consequens potest resolvi in plures figuras et in plures modos. Philosophus ergo autem
hic de resolutione sillogismorum secundo modo dicta. Nam cum hic intendat
reducere sillogismos non formatos in modo et in figura in sua principia debita
quia consequenter aliquos sillogismos concludere eandem conclusionem in pluribus figuris decen-
ter similes inventiones facere debere quamvis una conclusio potest concludi
in pluribus figuris. De prima autem reductione sillogismorum philosophus locutus
fuit supra cum egit de reductione sillogismorum in sua principia formalia
et materialia sed quamvis modum docuit omnes sillogismos factos in secunda et tertia
figura reduci in sillogismos prime figure. Deinde cum dicit. Sicut a.

In parte ista exequitur de proposito et tria facit. nam primo ostendit sillogismos
negativos prime figure posse concludi et sillogizari per primam figuram.
secundo ostendit reduci universales modos secunde figure ad primam. et tertio ostendit unum
modum particularem secunde figure posse reduci ad primam figuram. aliud autem
non. secunda ibi. Eorum autem. tertia ibi. Sicut autem contingit gratia sic. Dicit
quod modos negativos prime figure posse reduci ad secundam figuram. ut si a. nulli b.
b. autem omni c. et a. nulli c. inesse. sic enim erit prima figura. et iste
modus erit secundus modus prime figure. si igitur convertatur privativa maior erit secunda fi-
gura. hic modus b. quidem nulli a. inesse c. autem omni b. inesse
ita quod b. utrobique predicetur et fit secunda figura in qua medius semper predicatur. similiter
autem si non universalis sed particularis fit sillogismus. idest similiter reducetur quartus
modus prime figure in secundam figuram qui non est universalis sed est particularis. ut si a.
quidem nulli b. b. autem alicui c. conversa enim privativa erit
media figura sicut prius. Est autem considerandum quod cum ista figura
concludat semper negative solum isti modi poterunt reduci ad secundam
figuram qui habent conclusionem negativam. et quia solum secundus et quar-
tus modus prime figure sunt tales qui concludunt conclusiones nega-
tivas. ideo solum isti duo modi possunt reduci ad secundam figuram
per conversionem universalis negative. nam si convertatur dicta negativa tunc medius
predicabitur utrobique et de prima figura fiet secunda. Deinde cum dicit.
Eorum autem. In parte ista ostendit reduci modos universales secunde figure
ad primam. dicit. Eorum autem sillogismorum qui sunt in secunda figura duo quidem
universales reducuntur in primam figuram particularium autem solus scilicet tertius re-
ducitur. quia quartus reduci non potest. Insit igitur b. quidem
nulli a. idest b. quod est medium predicetur negative de a. de c.
autem omni affirmative. conversa enim privativa erit prima figura. nam b. quidem
nulli a. a. autem omni c. inesse. hic est primus modus secunde figure qui re-
ducitur ad secundum modum prime figure. Si autem predicatum quidem sit ad
b. hoc est ad maiorem extremitatem. privativum autem ad c. hoc est ad mi-
norem fiet idem modus. primus tamen ponendo est c. hoc est maior
extremitas que ponitur negative debet poni pro maiori extremitate. hoc
enim nulli a. inesse. a. autem omni b. quare nulli c. inesse b. igitur
per conversionem et b. nulli c. eo quod privativa convertitur. Est
autem considerandum in secundo modo secunde figure maiorem esse affirmativam et minorem
esse negativam. si figura reduceretur ad primam figuram solum per conver-
sionem negative sequeretur quod in prima figura esset aliquis modus
in quo minor esset negativa. cum hoc sit falsum quia minori
existente negativa in prima figura est inutilis coniugatio oportet is-
tum secundum modum reduci ad primam figuram non solum per conversi-
onem. sed etiam per transpositionem ita quod minor que ponitur negativa
fiat maior et econverso. Deinde cum dicit. Sicut autem. In par-
te ista ostendit quomodo reducantur modi particulares. primo autem dicit.
si autem sillogismus sit particularis cum privativum erit ad maiorem ex-
tremitatem resolvetur ad primam figuram. ut si a. nulli b.
b. autem alicui c. conversa autem privativa maiori erit prima figura et
reducetur ad quartum modum prime figure. cum autem privativum sit supponi-
tur ad maiorem extremitatem. sicut est in quarto modo secunde figure
tunc non resolvetur. ut si a. quidem omni b. c. autem non omni
ita quod maior sit universalis affirmativa et minor sit particularis
negativa. tunc non poterit resolvi quia non suscipit conversi-
onem a. b. hoc est universalis affirmativa. nec cum sit erit sillogismus idest
dato quod convertatur non erit sillogismus quia non convertetur universaliter sed ter-
minus sed convertetur in particularem. Oportet autem aliquis
ut iste quartus modus secunde figure reducatur ad primam. et dicit
quod sic. quia si non reducetur ad primam figuram numquam perficietur.
Cum igitur omnes sillogismi secunde figure sint imperfecti verum quod possint
reduci ad primam ut perficiantur. Inquirendum est philosophus in littera.
Dicendum quod si per impossibile quartus modus reducetur ad primam
figuram per conversionem maioris vel per conversionem et
transpositionem earum adinvicem non potest dici quod convertatur per conversi-
onem maioris universalis affirmative. quia talis non suscipit conver-
sionem nisi in terminis. Sicut autem convertatur particulariter tunc non fiet sillogismus
quia cum minor sit particularis negativa tunc ex puris particularibus fiet
sillogismus. nec potest dici quod reducatur ad primam figuram per conversi-
onem minoris particularis negative. quia tunc posset sillogismus
in prima figura ex minori existente negativa quod est falsum. nec ultimo
potest dici quod reducatur per conversionem minoris et per transpositionem
propositionum. quia tunc sequeretur aliquis in prima figura ex minori
existente particulari quod est inconveniens. Relinquitur igitur modo quod quartus
modus secunde figure potest reduci ad primam figuram per con-
versionem. Est tamen sciendum quod licet non reducatur per conversionem
ut iustum est reducatur tamen et perficiatur per impossibile ut fuit de-
claratum supra. Deinde cum dicit. Rursum. In parte is-
ta ostendit aliquos sillogismos tertie figure reduci ad primam et quos-
dam non et tria facit. Nam primo ostendit tertium et quartum modum prime figure
posse reduci ad tertiam figuram et non alios. secundo declarat
omnes modos tertie figure posse reduci ad primam figuram preter quin-
tum modum. secunda ibi. Eorum autem. Dicit igitur rursum sillogismi qui
sunt in tertia figura non resolvuntur omnes in primam. quia sillogismi
qui sunt in prima figura non resolvuntur omnes in tertiam figuram.
Insit igitur a. omni b. b. autem alicui c. quia igitur convertitur par-
ticularis affirmativa inerit c. alicui b. ita quod b. quod est
medium semper subiciatur. a. non inerit omni b. in maiori
quare hoc modo fiet tertia figura. et si privativus sit sillogismus redu-
cetur similiter. quia convertetur particularis affirmativa. quare a. nulli b. inesse
erit. c. autem alicui inerit. et isto modo reducetur quartus modus
per conversionem minoris affirmative. Deinde cum dicit. Eorum autem.
In parte ista declarat qualiter omnes modi tertie figure reducantur
ad primam preter quintum modum. et tria facit. nam primo reducit
modos affirmativos tam universales quam particulares. secundo reducit
modos negativos. et tertio ostendit quintum modum non posse re-
duci. secunda ibi. et si privativus. tertia ibi. si autem particularis. dicit
igitur quod eorum sillogismorum qui sunt in tertia figura tantum unus non re-
solvitur in primam figuram. quando scilicet privativa ponitur particularis. sic
enim in quinto modo. alii autem omnes resolvuntur. predicetur igitur
a. de omni c. et b. igitur quia c. convertitur ad utrumque particulariter in-
erit a. alicui b. hoc est si ponantur due universales affirmative
sicut est in primo modo tertie figure et predicentur conclusiones utrique pos-
sit converti particulariter conversa tamen una reducetur ad primam
figuram. Et tunc reducatur tertius modus. Et si a. quidem
omni c. et b. alicui c. erit idem sillogismus quia convertitur b. ad
c. hoc est convertitur minor particularis. Deinde reducit quartum
modum dicens. si autem b. quidem omni c. hic est minor sit universalis
et affirmativa. a. autem alicui c. idest minor ponatur particularis affirmativa
tunc ad positionem terminorum. b. hoc est minor extremitas erit pro
maiori. Nam b. omni c. ista est maior. c. autem alicui a.
hoc est minor quia ponebatur ante maior. quando autem convertitur
particularis affirmativa et a. inesse alicui. b. reducetur igitur iste quar-
tus modus per conversionem et per transpositionem minoris. Et tunc sequitur
illa pars. Et si privativus. In qua philosophus reducit modos ne-
gativos. et primo reducit secundum modum. secundo reducit sextum
modum. secunda ibi. sit autem. dicit igitur quod si privativus fuerit sillogismus in
universalibus similiter suscipiendum est medius hic in ultimis. Insit
enim b. omni c. idest minor ponatur universalis affirmativa. a. autem nulli
c. ita quod hec sit maior negativa. igitur alicui b. non inerit c. hec est
minor universalis affirmativa convertitur particulariter. a. autem non inerit nulli c.

silli autem .a. si privativa. privativa autem est universalis particularis sicut in sexto modo. Nam .a. quidem nulli .c. c. autem inerit alicui .b. per conversionem enim reducetur sextus modus per conversionem minoris particularis affirmative. Tunc ostenditur quartus modus non posse reduci eo. si autem privativa fuerit particularis sicut est in quinto modo non erit resolutio. ut si .b. quidem omni .c. hoc est minor sit universalis affirmativa. a autem alicui c non inest. ita quod maior sit particularis negativa. conversa enim b c hoc est conversa maioris nulli affirmativa particularis utrique propositiones erunt particulares. maior ergo quoniam ad resolvendum figuras in se invicem quandoque propositio est ad maiorem certitudinem contenda est in utraque figura. hac enim conversa fiet transmutatio unius .s. figure in aliam. Est autem considerandum omnes modos prime et tertie figure posse probari per impossibile. neque quia per omnes alios modos preter quartum secunde et quintum tertie sic concluditur per impossibile quam per conversionem possunt reduci. ideo reducere per impossibile est propter hiis duobus modis .s. quarto secunde et quinto tertie. quia ibi proficiunt per impossibile quod nullo modo proficiunt per conversionem omnes autem alii modi et per impossibile et per conversionem resolvi possunt. Amplius est considerandum minorem propositionem semper conversam per reductionem figurarum ad se invicem mutate esse in prima et in tertia figura. nam si prima figura debeat reduci ad tertiam oportet minorem converti. quia cum maior propositio semper sit universalis in prima figura si illa converteretur particularis sequeretur ambas esse particulares .s. maiorem et minorem eo quod non particulares modi prime figure reducantur ad tertiam figuram. similiter si modi tertie figure debeant reduci ad primam oportet minorem converti. quia cum maior semper sit universalis in prima figura si illa converteretur particularis sequeretur ambas esse particulares .s. maiorem et minorem. eo quod in tertiam figuram non reducuntur nisi modi particulares prime figure. Et si modi tertie figure debeant reduci ad primam oportet minorem converti. quia si maior universalis affirmativa converteretur particularis in tertia figura et sic reduceretur ad primam tunc sequeretur aliquando in prima figura ex maiori existente particulari quod est falsum. In utraque ergo harum est in prima et tertia figura oportet minorem converti in reductione earum ad invicem. In secunda tamen figura oportet provenire conversione per conversionem maioris. quia per conversionem universalis negative que potest converti in terminis. Deinde cum dicit. corum autem. In parte ista ostendit aliquos modos secunde figure posse reduci ad tertiam et e converso. et tertia facit. nam primo ostendit quartum modum secunde figure posse reduci ad tertiam quartum vero non. Secundo declarat quo aliqui modi tertie figure possunt reduci in tertiam et tertio concludit quandam conclusionem sequentes ex dictis. secunda ibi quoniam autem. tertia ibi. maiorem ergo dicit ergo quod corum sillogorum qui sunt in secunda figura alter quidem resolvitur .s. tertius. alter vero non in tertiam figuram. Nam cum hic quidem privativa fuerit .s. maior tunc resolvitur. si enim .a. nulli .b. .a. autem alicui .c. utrumque convertitur ad .a. idest utraque propositio est conversa sic quod .a. ubique predicatur. ita quod in tertia figura semper subiaceatur. hoc est ergo quod dicit. quoniam .b. quidem nulli .a. hoc est de nullo .a. predicatur. c. non alicui .a. medium ergo erit .a. hoc ergo modo reducetur tertius modus. quoniam autem .a. omni .b. c. autem alicui non inest .i. quoniam maior est universalis affirmativa et minor particularis negativa sicut est in quarto modo tunc non resolvitur. quia neutra propositionum fit universalis ex conversione. Est autem considerandum quod cum in secunda figura .e. modi contineant duo primi universales in quibus concluditur conclusio universalis non possunt reduci ad tertiam figuram in qua semper est conclusio particularis possent reduci ad tertiam figuram. neque quia quartus modus secunde figure constat ex maiori universali affirmativa et minori particulari negativa non poterit perf-

Circa istam lectionem queritur unum, quo probatur utrum sillogismus conversivus sit bonus sillogismus. Videtur quod non, quia quod seipsum destruit et non conservat, ipsum est malum. Sed sillogismus conversivus destruit seipsum, quia ex contraria conclusionis cum una premissarum destruit et interimit aliam. Ergo videtur talis sillogismus non est bonus. Preterea vel est bonus sillogismus conversivus vel conversive non conversivus, quia si esset bonus, non probaret per convertentem. Similiter non conversive est bonus, quia quod corrumpit aliud in se corruptum erit. Cum ergo talis sillogismus corrumpat aliquam premissarum sillogismi conversi, videtur quod sit corruptus in se et malus sillogismus. In contrarium est, quia ille est bonus sillogismus qui potest probare et ostendere bonitatem sillogismi, sed sillogismus conversivus est huiusmodi, ergo et cetera. Dicendum quod bonitas sillogismi conversivi potest ostendi tripliciter: primo ex parte principiorum sillogismi, secundo ex parte conclusionis cui talis sillogismus innititur, tertio ex parte effectus quem facit. Prima via sic patet. Nam sillogismus est bonus in materia et forma qui concludit unam conclusionem ex duabus propositionibus ordinatis in modo et figura, et ex materia non ... sed sillogismus conversivus facit sic, quia assumit contrariam vel contradictoriam cum una premissarum, ex quibus concludit contrariam alterius premisse, alias sillogismus per primam et tertiam figuram. Secunda patet sic idem: ex contraria sillogismus cui innititur premissis sillogismi fundatur et illa ...

conversiva super hanc conclusionem, quod si aliquis se ad ambas oppositas contradictionis receptas repugnat antecedenti. Si ergo premisse sunt ambas et secundo est conclusionis oppositum, ergo sequitur ad premissas, et oppositum conclusionis repugnat alicui premissarum. Tanto ergo erit melior et verior sillogismus ex contraria conclusionis cum una premissarum interimit reliquam, que est sillogismus conversivus, quanto minori innititur principio. Nam hoc principium: si ad antecedens se habens oppositum conclusionis repugnat antecedenti, fundatur immediate super hoc principium: de quolibet dicitur affirmatio vel negatio. Tertio patet hoc idem ex effectu quem facit talis sillogismus, nam totus effectus sillogismi conversivi est bonitatem aliorum sillogismorum probare, quibus mediantibus possumus scire an conclusio sillogismi sequatur ex premissis, quando oppositum illius conclusionis repugnat alicui premissarum. Nam cum impossibile sit duos effectus contrarios simul existere cum eadem causa, si oppositum conclusionis cum premissis que sunt causa conclusionis non poterit stare, quia repugnat eis, oportet ipsam conclusionem sequi premissas et cum eis posse stare, eo quod cum quocumque non stat affirmatio, cum illo stat negatio et econverso. Ad primum ergo dicendum quod sillogismus conversivus non destruit seipsum, sed ostendit conclusionem sequi ex premissis, eo quod oppositum conclusionis non potest stare cum premissis, immo interimit premissam. Ad secundum dicendum quod sillogismus conversivus est bonus sillogismus, non obstante quod probet per sillogismum convertentem; quomodo autem sillogismus conversivus est probans et quomodo non, inferius patebit.

In particularibus autem. Postquam philosophus docuit sillogizare conversive in modis universalibus, in parte ista docet hoc idem in modis particularibus, et tria facit. Nam primo ostendit ex contraria conclusionis interimere utramque propositionem in modo affirmativo. Secundo declarat ex contradictoria conclusionis neutram propositionem interimi. Tertio adaptat ad modum negativum. Secunda ibi: Si vero contradictoria; tertia ibi: Similiter autem. Dicit ergo quod in particularibus sillogismis qui conversive convertuntur opposite, scilicet contrarie, tunc utraque interimuntur; qui vero convertuntur contradictorie, tunc neutra, scilicet interimuntur, eo quod hoc non accidit quemadmodum in universalibus interimere deficiente conclusione, sed conversione subcontraria. Ostendatur ergo a de omni c per b, dicendo sic: omne b est a, quoddam c est b, ergo quoddam c est a. Si ergo sumatur a nulli c, que est contraria conclusionis, b autem a non inest alicui c per tertiam figuram, dicendo sic: nullum c est a, hec est contraria conclusionis; quoddam c est b, ista est minor propositio; sequitur quod quoddam b non est a, que interimit maiorem propositionem. Si vero a nulli c, b autem omni a, id est si sumatur contraria conclusionis cum maiori, interimetur minor per secundam figuram. Nam nulli c inerit b, quod interimit minorem affirmativam, dicendo sic: omne b est a, ista est maior propositio; nullum c est a, hec est contraria conclusionis; sequitur per primum modum secunde figure quod nullum c sit b, quod interimit minorem affirmativam, et sic interimit utramque propositionem ex contraria conclusionis. Deinde cum dicit: Si autem. In parte ista ostendit ex contradictoria conclusionis neutram propositionem interimi posse. Si autem conclusio convertatur subcontrarie, neutra propositio interimetur. Nam si a non inest alicui c, hec est contraria conclusionis particularis vel subcontraria. Nam sicut universalis contrariatur universali, ita particularis contrariatur particulari; ideo philosophus appellat subcontrariam contrariam. b autem insit, tunc b non inerit alicui c, sed non dicit quemadmodum interimit, quod est ex primo, id est ex subcontraria conclusionis particularis affirmative sumpta cum universali affirmativa non concluditur universalis negativa, sed particularis negativa, non interimit affirmativam, eo quod contingit alicui inesse et alicui non inesse, id est contingit utrasque particulares esse veras. Si autem sumatur subcontraria conclusionis cum propositione particulari, scilicet non alicui a b, tunc omnino non fit sillogismus. Si ergo a non inest alicui c, hec subcontraria conclusionis particularis affirmative; b autem alicui inest, ista est altera propositio particularis; tunc neutra propositionum est universalis et propter hoc non fiet sillogismus. Deinde cum dicit: Similiter autem. In parte ista adaptat ea que dicta sunt ad modum negativum, dicens: Similiter autem et si privativus est sillogismus. Nam si sumatur a inesse omni c, id est si sumatur contraria conclusionis

ex contraria

particularis, tunc intimet utramque propositionem. Si autem alicui, idest si sumatur ei sub contraria, tunc neutram propositionum interimet. Demonstratio autem est eadem in modo negativo sicut tamen est in modo affirmativo.

2ª q°. — Est autem considerandum ex subcontraria conclusionis particularis non interimi aliquam premissarum. Nam premisse in sillogismo particulari una est universalis et reliqua particularis. Si igitur accipiatur subcontraria conclusionis particularis cum propositione universali, non interimet propositionem particularem, quia particularis non interimit particularem, cum utraque tam affirmativa quam negativa possit esse vera. Si igitur hec subcontraria sumatur cum propositione particulari, tunc non fit sillogismus, quia ex puris particularibus non fit sillogismus. Bene igitur ait Philosophus quod ex contradictoria conclusionis sillogismi particularis interimitur utraque propositio, sed ex contraria, per quod intelligitur subcontraria, ei neutram interimi licet.

q°. — Queritur autem adhuc utrum sillogismus conversivus differat a sillogismo circulari, et videtur quod non, quia uterque sillogizat ex conclusione cum altera premissarum. — Dicendum quod inter sillogismum conversivum et circularem duplex differentia assignari potest. Prima ex parte termini a quo, secunda ex parte termini ad quem. Prima differentia sic patet. Nam terminus a quo incipit processus sillogismi est ipsa conclusio. Non tamen uterque istorum sillogismorum eodem modo incipit ab ipsa conclusione, sed sillogismus conversivus incipit sillogizare ex conversa conclusionis contraria vel contradictoria supposita. Sillogismus vero circularis sillogizat ex conclusione supposita. Sillogismus vero circularis sillogizat ex conclusione supposita ipsa forma vel eius conversa, non in contraria vel contradictoria, sed solum mutata de predicato in subiectum et e contrario de subiecto in predicatum. Secundum igitur differunt isti duo sillogismi differentia prima ex parte conclusionis a qua uterque istorum sillogismorum incipit sillogizare. Secundo differunt ex parte termini ad quem tendunt. Nam terminus ad quem tendit sillogismus conversivus est interemptio vel corruptio alicuius propositionis, eo quod ipse ex contraria vel ex contradictoria conclusionis cum altera propositione interimit alteram. Terminus autem sillogismi circularis est generatio propositionis, quia ex conclusione vel eius conversa sillogizat alteram. — Posset et tertia esse differentia assignari, quia sillogismus circularis non probat conclusionem sillogismorum, sed sillogismus conversivus probat ipsam. Sed tamen tertia differentia quia in secunda differentia includitur, ideo quicumque intelligit bene secundam differentiam et intellexit tertiam.

q°. — Amplius autem queritur adhuc utrum iste sillogismus conversivus differat a sillogismo ex falsis, et videtur quod non, quia contraria vel contradictoria conclusionis est falsa. Si igitur talis conversa contraria sumatur cum altera propositione, hic sillogismus erit ex falsis vel ex altera falsa. — Dicendum quod in sillogismo ex falsis oportet ambas propositiones esse falsas vel saltem unam. Et hoc tam in sillogismo affirmativo quam in sillogismo negativo, alias non diceretur sillogismus falsus. Sed sillogismus conversivus non semper habet propositionem falsam, sed quando conclusio est vera in sillogismo quidem probante, conversive tunc eius contraria vel contradictoria conversa est falsa. Sed si predicta conversa assumatur pro premissa, tunc erit sillogismus ex altera falsa. Sed quando conclusio conclusa est falsa, tunc eius conversa contraria erit vera, et sic sillogismus qui assumit pro premissa talem contrariam conversam veram erit ex neutra falsa. Patet igitur quod non est universaliter idem sillogismus ex falsis et conversivus, cum ille semper consistat ex reliqua falsa, iste autem non.

In tertia autem. — Deinde cum dicit In tertia autem. In parte ista docet sillogizare conversive in tertia figura, et tria facit. Nam primo ostendit dispositionem istius tertie figure circa sillogismum conversivum. Secundo docet tales sillogismos formare in modis universalibus. Tertio ostendit hec idem in modis particularibus. Secunda ibi In sit ei. Tertia ibi Sicut in parte. Dicit igitur quod eam quidem propositionem que est ad maiorem extremitatem in tertia figura non est interimere conversive, quibus modo conversione secunda, idest contrarie, nec aliquo modo conversive. Nam semper erit conclusio in tertia figura particularis, ideo non fit universalis sillogismus, sed alteram propositionem, scilicet minorem, contingit interimere conversive, tunc exponit sed dico autem me exponere conversionem. Contingit si conclusione

interimitur minor premissa. Sicut autem interimitur opposite contradictorie interimetur quam prima premissa. — Est autem considerandum quod si fiat talis sillogismus: nullus lapis est animal, omnis homo est animal, igitur nullus homo est lapis, ex contraria vel contradictoria istius conclusionis cum minori supposita universaliter numquam interimetur maior universaliter, quia semper fiet sillogismus in tertia figura, in qua semper est conclusio particularis. Sumatur igitur primo opposita huius contrarie dicendo sic: omnis homo est lapis, hec est contraria conclusionis; omnis homo est animal, ista est minor propositio. Sequitur per tertiam figuram quod quoddam animal sit lapis, quod interimit maiorem propositionem que dicebat quod quoddam animal est lapis solum particulariter et non universaliter. Si autem sumatur opposita conclusionis contradictorie, sequitur hec idem. Nam dicendo sic: quidam homo est lapis, ista est opposita contradictorie; omnis homo est animal; sequitur ut prius quod quoddam animal sit lapis. Bene igitur ait Philosophus quod quolibet modo conversa conclusione non interimitur universaliter, sed solum particulariter, ut visum est.

— Deinde autem dicit In sit ei. In parte ista docet formare hunc sillogismum in modis universalibus, et primo docet per conversam conclusionis interimere minorem per primam figuram, secundo docet interimere maiorem per tertiam figuram. Secunda ibi Sicut. Dicit igitur: in sit a omni c, b autem nulli c, erit conclusio b c in secundo modo, dicendo sic: omne b est a, nullum c est a, igitur nullum c est b. Si igitur sumatur b omni c, que est contraria minoris per primam figuram, dicendo sic: omne c est b, igitur omne c est a.

— Deinde autem dicit Sicut. In parte ista docet ex conversa conclusionis interimere maiorem cum minori, et primo docet hec ex conversa contraria, secundo docet hec idem ex conversa contradictoria. Secunda ibi Sicut opposite. Dicit igitur: b omni c, hec est contraria conclusionis; a autem nulli c, ista est minor propositio. Sequitur quod a non insit alicui b per quartam figuram, dicendo sic: nullum c est a, omne c est b, igitur quoddam b non est a. Hec conclusio interimit maiorem particulariter que dicebat omne b est a. Si autem b alicui c convertatur opposite, hic est sicut convertatur contradictorie a b, quoddam convertetur, idest maior propositio, sed interimetur. Nam si b alicui c, ista est opposita contradictoria conclusionis universalis negative; a autem nulli c, ista est minor propositio; sequitur sicut prius quod a non inerit alicui b, verum sic si contradictoria conclusionis ponatur pro minori, a autem omni b, sequitur quod a alicui c insit, et sic fiet sillogismus oppositus, idest concludens opposita negative per primam figuram, dicendo sic: omne b est a, quoddam c est b, igitur quoddam c est a. — Tunc distinguit quod semper ostenditur, et si conversio se habeant oppositiones, ita quod maior sit negativa et minor affirmativa, sicut est in primo modo.

— Deinde autem dicit Sicut autem. In parte ista docet sillogizare conversive in modis particularibus, et duo facit. Nam primo premittit intentum, secundo prosequitur. Secunda ibi Ponatur ei. Dicit igitur quod si in modis particularibus fiat sillogismus, contraria quidem conversa conclusionis neutram propositionum interimet, quemadmodum dicebatur in prima figura de modis particularibus; opposite autem, idest contradictorie conversa, interimet utramque.

— Est autem considerandum hic duas regulas, quarum veritas in omni figura. Nam in omni figura ex puris particularibus nil sequitur. Item in omni figura ambe particulares non possunt simul esse vere. Si igitur contraria vel subcontraria conclusionis particularis sumatur cum altera propositionum particulari, tunc ambe erunt particulares. Si autem ambe subcontraria assumatur cum propositione universali ad interimendum particularem, tunc bene fiet sillogismus, sed una particularis non interimit aliam, propter quod sicut in prima figura ita in tertia ex contraria conclusionis particularis neutra propositionum interimitur.

— Deinde cum dicit Ponatur ei. In parte ista docet propositum, et duo facit. Nam primo ostendit quod ex contraria conclusionis nulla premissarum interimitur. Secundo ostendit quod ex contradictoria conclusionis utraque premissarum habet interimi. Secunda ibi Sicut opposite. Dicit igitur: ponatur ei a quidem inesse nulli b, c autem alicui. Erit conclusio b c in tertio modo [illegible] figure, dicendo sic: nullum b est a, quoddam b est c, igitur quoddam c non est b.

Sic igitur ponatur b. alicui c. inesse. Hec conclusio sequens a. b. in maiori propositione maneat, est conversio quoniam a. non inest alicui c. sed non intimitur quod est ex primo. Vel non intimitur minor propositio propositionis particularis affirmativa eo quod conversio alicui inesse et non inesse. Hec negativa et particularis affirmativa simul esse possunt. Nec una intimit aliam. Tunc igitur ex conclusione cum maiori non intimitur minor. quia tunc alie essent particulares. Unde aliter rursum si b. alicui c. ista est conclusio particularis negativa a. alicui c. ista est minor propositio particularis non est sillogismus eo quod neutra est universalis ex qua sumpta est. quare non intimitur a. b. vel non intimitur maior. Patet igitur ex conclusione conversa neutram propositionem intimi. Deinde cum dicit: si autem opposite. In parte ista ostendit ex contradictoria conclusionis particularis utramque propositionem intimi. et contraria fiat. Nam primo ostendit ex contradictoria conclusionis cum maiori intimi minorem. secundo ex eadem contradictoria ostendit intimi maiorem. et hoc ubi fiat. Ostendit ista de quarto in se sic: si autem rursum. et contra ibi eodem autem modo. Dicit igitur quod si conclusiones particulares opposite contradictorie intimantur intimitur utraque. Nam si b. omni c. ista est contradictoria conclusionis particularis negative. a. autem nulli b. ista est maior propositio. sequitur quod a. nulli c. per primam figuram dicto de nullo. sic nulli b. et a. b est maior. omne c. est b. ista est opposita conclusionis. igitur nullum c. est a. ista intimit minorem que dicebat quoddam c. est a. Tunc eodem intimitur maior. Deinde rursum si b. omni c. hoc est contradictoria. a. autem alicui c. ista est minor sequitur per tertiam figuram quod a. inest alicui b. dicto de omni. sic omne c. est b. quoddam c. est a. igitur quoddam b. est a. ista intimit maiorem que dicebat nullum b. est a. etc.

Deinde cum dicit: eodem autem. In parte ista ostendit omnia ista de quarto modo sic fieri. eodem autem est tertio et si universalis sit particularis sic est in quarto modo se habet. Nam ubique ex conclusione sillogismus nulla premissarum habet intimi. ex contradictoria vero utraque premissarum intimitur. Circa istam lectionem queritur una questio primo utrum sillogismus conversivus probet sillogismum simpliciter. Videtur quod non. quia illi sillogismi sunt perfecti nec indigent probari nec roborari per aliquid aliud quod habent in se principia dici de omni et de nullo. sed omnes sillogismi prime figure per conversiones utiles includunt in se principia dici de omni et de nullo. igitur tales sillogismi non probantur per sillogismum conversivum. Preterea unumquodque probatur per principia sua propria. sed sillogismus conversivus non assumit propria principia sillogismi simpliciter eo quod principium propriorum est in sillogismo conversivo et ad omnia applicatur. Nam de quibus inveniuntur conclusiones vel eius opposita vel ad quamcumque in se opposita contrarias se habent ad ipsum applicari potest. quare de quolibet dicitur esse vel non esse. igitur per istud principium non magis probabitur sillogismus simpliciter quam quelibet alia res. In contrarium est quia philosophus volens probare conclusiones sequi ex premissis sillogismorum per conversus hoc principium in hoc libro quod si oppositum conclusionis repugnat antecedenti consequentia est bona. cum igitur sillogismus conversivus assumat hoc principium videtur quod habet probare consequentiam sillogismorum. Dicendum quod sillogismum conversivum probare consequentiam sillogismorum esse bonam dupliciter ostendi potest. primo ex parte principiorum que habent probare bonitatem sillogismi. secundo ex parte repugnantie et repugnantia inter premissas et conclusionem. Primo autem sic ostenditur. Nam ad manifestationem cuiuslibet rei videmus concurrere tria genera principiorum. scilicet propria et communia. sic ad probandum hec tria de tanto concurrunt et principia communia sicut ipse dignitates sicut de quolibet affirmatio vel negatio vera. et de toto est maius sua parte que quidem principia cum sumantur ex terminis et ex partibus earum habent inveniri in omnibus habentibus eas. Concurrunt etiam propria principia ut habere angulos extrinsecos vel alia propria principia per que habent probari de triangulo. sic igitur ad ostensionem et manifestationem consequentie sillogismorum duo principia erunt necessaria. scilicet propria et communia. principia autem communia ad ostendendum consequentiam sillogismorum esse bonam est illud

quod assumit sillogismus conversivus. nam si oppositum conclusionis repugnat antecedenti oportet sillogismum esse bonum. quia cum quecumque non potest stare negatio cum illo stabit affirmatio. sic de quolibet est verum dicere esse vel non esse. cum igitur sillogismus sit quedam consequentia in qua premisse sunt sicut antecedens et conclusio sicut consequens. Si oppositum conclusionis sive contrarium vel contradictorium repugnat premissis oportet consequentiam sillogismorum esse bonam. Non tamen oportet oppositum conclusionis repugnare utrique premissarum sed alteri tantum eo quod neutra per se sumpta est causa inferens conclusionem. ideo si repugnat uni tota consequentia sillogismorum dicitur esse bona. sillogismus igitur conversivus probat convenienter bonitatem consequentie sillogismorum eo quod principium quod assumit ad omnem consequentiam et ad omnem compositionem sillogismorum vel non sillogismorum poterit applicari. propria autem principia probandi consequentiam sillogismorum esse bonam sunt dici de omni et de nullo. nam hec de omni et de nullo possunt dici principia communia quia sillogismi dialectici et demonstrativi. sed tamen propria quia sillogismi simpliciter quia non requiruntur plura ad bonitatem sillogismi simpliciter nisi quod sit perfectus per ista principia. Et dicimus dici de omni et de nullo propria principia sillogismi. quamvis principia ista applicentur ad consequentiam sillogismorum quod non possunt applicari ad consequentiam non sillogismorum cum dici de omni et de nullo ut supra diximus totam conditionem sillogismorum importet. Dicimus igitur sillogismum conversivum probare consequentiam sillogismorum per principia communia. dici autem de omni et de nullo probat hanc consequentiam tamquam principia propria. Secundo patet hoc idem ex repugnantia premissarum ad conclusionem. nam quando aliquis effectus producitur immediate ab aliqua causa ad destructionem illius effectus oportet sequi immediate destructionem cause producentis illum effectum. Cum igitur conclusio sit effectus immediatus premissarum. oportet quod contrarium destruit ipsam conclusionem quod destruat aliquam premissarum. et si destruit aliquam premissarum destruit totam causam conclusionis. quia una premissarum non sufficit ad inferendum conclusionem. Cum igitur sillogismus conversivus ex contraria vel contradictoria conclusionis destruat ipsam conclusionem oportet quod destruat alteram premissarum que fuerunt causa talis effectus ut puta ipsius conclusionis. Cum igitur oppositum effectus repugnet cause oportet effectum immediate sequi ad ipsam causam propter quod si oppositum conclusionis non stet ad premissas oportet ipsam conclusionem sequi ad ipsas. et per consequens oportet consequentiam sillogismorum esse bonam. Ad primum igitur dicendum quod non est inconveniens eidem rei esse plura principia. non eodem modo se habentia. dici autem de omni et de nullo sunt propria principia sillogismorum ut probatum est. sillogismus vero conversivus ad probandum sillogismum assumit principia communia. ideo non est inconveniens ipsi sillogismo assignare hec duo genera principiorum. Ad secundum patet responsio. quia ad ostensionem rei non solum concurrunt principia propria sed etiam concurrunt principia communia.

Nota autem figura. Postquam philosophus docuit sillogismum conversivum in prima figura et in secunda figura. In parte ista ostendit hoc idem in tertia fiat. nam primo premittit dispositionem tertie figure in sillogismo conversivo. secundo prosequitur dictam dispositionem. et tertio est ibi: quia tertia se de sillogismo conversivo. secundum ibi: sicut in tertia ex hiis. Dicit igitur quod in tertia figura quando conclusio quidem est universalis conversus neutra propositionum intimitur per nullum sillogismorum. Sed quando conclusio opposita contradictorie tunc utraque habet intimi. et hoc in omnibus modis tertie figure. .2. sol. Est autem conversio quod cum in tertia figura semper conclusio sit particularis oportet eius contrarium semper esse particularem. sed in tertia figura talis opposita particularis sumet cum altera vel ad intimendum aliam universalem sic est in modis illius. et esset inutilis coniugatio per primam et secundam figuram ut statim patebit. sicut sumeret cum altera particularis sicut est in modis particularibus tunc oportet ambas premissas esse particulares. Deinde cum dicit: Similiter. In parte ista prosequitur de sillogismo conversivo in tertia dispositione et circa hoc duo facit. Nam primo ostendit ex contraria conclusionis particularis non intimi aliquam premissarum in modis universalibus. secundo

declarat hoc idem in modis particularibus. Et dicit quod maior in utrisque modis ex contradictoria conclusionis interimitur utrisque premissarum, et quod ita adaptantur omnia ista ad modos negativos, facta ibi: Similiter autem ostendetur et tertia, ibi: Si autem opposite constituta fuerint. Similiter autem dicit ergo: sit ei omni in primo modo tertie figure a inesse alicui b, privative c, et sint propositiones universales. Dico sic: omne c est a, omne c est b; ergo quoddam b est a. Sumatur ergo a non inesse alicui b, que est contradictoria conclusionis, b autem omni c, id est sumatur cum minori universali; tunc non fiet sillogismus eius quod est a c, id est non fiet sillogismus ad interimendum maiorem propositionem, quia tunc maior esset particularis negativa in prima figura. Nec etiam fiet sillogismus si a non insit alicui b, a c autem omni, id est si sumatur contradictoria conclusionis cum maiori, non fiet sillogismus eius quod est b c, id est non interimetur minor propositio, quia tunc similiter negativa esset particularis in secunda figura. Est autem considerandum quod in prima et secunda figura est inutilis coniugatio ex maiori existente particulari negativa. Sic igitur dicitur secundum propositum modo tertie figure: omnis homo est substantia, omnis homo est animal; ergo quoddam animal est substantia. Ex contradictoria conclusionis cum maiori ad interimendum minorem fiet sillogismus in secunda figura. Dico sic: quoddam animal non est substantia, hoc est sub contradictoria conclusionis; omnis homo est substantia, ista est minor; non sequitur alia conclusio, quia maior est particularis in secunda figura. Similiter si sumatur predicta sub contradictoria cum minori non interimetur maior, quia tunc maior propositio esset particularis in prima figura. Dico sic: quoddam animal non est substantia, omnis homo est ~~animal~~, non sequitur aliquid, quia talis modus sillogizandi in utraque est ~~utraque~~ inutilis coniugatio.

Deinde cum dicit: Similiter autem, in parte ista ostendit hoc idem in modis negativis, dicens: Similiter autem ostendetur et si non universales sint propositiones. Nam aut necesse est utrasque propositiones esse particulares per conversionem aut universalem ad minorem contrarietatem fieri, sed sic non fiet sillogismus neque in prima neque in secunda figura. Est autem considerandum quod si sumatur sub contradictoria conclusionis cum minori propositione particulari, tunc ambe propositiones erunt particulares. Si igitur sumatur cum universali, tunc contradictoria conclusionis que est particularis erit maior et minor propositio erit universalis, (in propositione nam in nulla figura ex puris particularibus fit sillogismus) secundo modo in prima et secunda figura non potest esse sillogismus, ut dictum est.

Queritur autem utrum sillogismus conversivus fiat in omni figura. Dicendum quod cum sillogismus conversivus consistit in hoc quod ex opposito conclusionis cum altera premissarum interimetur altera, opposita autem conclusionis est duplex, quia alia est contraria, alia est contradictoria: ex opposito igitur conclusionis contraria in tertia figura non potest fieri sillogismus conversivus, eo quod sequitur conclusio particularis, cuius contraria est particularis, que si sumatur cum universali erit inutilis coniugatio in prima et in secunda figura; si vero sumatur cum particulari erit sillogismus ex puris particularibus. Ex opposito autem conclusionis contradictorio in qualibet figura et in quolibet modo potest fieri sillogismus conversivus. Patet igitur quod non in qualibet figura fit sillogismus conversivus si sumatur contraria conversa, sed si sumatur conversa contradictoria, tunc habet fieri in qualibet figura.

Interius autem quereret aliquis utrum sillogismus conversivus sit unus sillogismus. Dicendum quod in sillogismo conversivo sunt duo processus: unus est ad probationem conclusionis illius sillogismi quod dicitur probari conversive, sicut si dicatur sic: omne animal est substantia, omnis homo est animal; ergo omnis homo est substantia. Iste est unus processus. Tunc sumendo oppositum istius conclusionis cum altera premissarum ad interimendum aliam fiet alius processus. Formaliter igitur sillogismus conversivus non est unus sillogismus sed duo, sed materialiter potest dici unus, quia uterque sillogismus tamen continens quod conversivus habet fieri de eisdem terminis et eisdem propositionibus.

Deinde cum dicit: Si autem opposite, in parte ista ostendit ex contraria conclusionis utramque premissarum interimi, unde ait: Si autem opposite convertantur propositiones, interimitur utraque. Nam si a nulli b, ista est opposita contraria conclusionis particularis affirmative, b autem omni c, ista est minor, tunc a nulli c inest per primam figuram. Dico sic: nullum b est a, omne c est b; ergo nullum c est a. Hic interimitur maiorem quod dicebat: omne b est a. Rursum si a b quidem nulli, c autem omni, c nulli b inest, id est si sumatur contraria conclusionis cum maiori, interimetur minor per secundam figuram. Dico sic: nullum b est a, omne c est a; ergo nullum c est b. Tunc subiungit quod si alia propositio non sit universalis sic est in modis particularibus: tunc sicut ex contraria conclusionis cum minori interimetur maior, et ex eadem contraria cum maiori interimetur minor, sic similiter est in modis universalibus.

Deinde cum dicit: Si autem, in parte ista adaptat ea que dicta sunt ad modos negativos, et duo facit: nam primo ostendit ex contraria conclusionis neutram premissarum interimi; secundo declarat quod ex contradictoria conclusionis utraque premissarum habet interimi, facta ibi: Contradictorie autem. Dicit igitur quod si sillogismus sit privativus, similiter fiet sicut in affirmativis. Ostendatur igitur a alicui b non inesse, sit autem b c, id est minor sit predicativa, a c autem negativa; nam hoc modo fiebat sillogismus negativus in tertia figura. Dico sic: nullum c est a, omne c est b; ergo quoddam b non est a. Si igitur sumatur contrarium conclusionis non erit sillogismus eius quod est a c, id est si sumatur contrarium conclusionis cum minori non erit sillogismus ad interimendum maiorem, quia tunc maior esset particularis in prima figura. Dico sic: quoddam b est a, ista est contraria conclusionis; omne c est b, ista est minor propositio. Nec etiam si a alicui b, nulli autem c inest, erit sillogismus eius quod est b c, nec etiam si sumatur contraria conclusionis cum maiori interimetur minor, quia tunc fiet sillogismus ex maiori particulari in secunda figura. Dico sic: quoddam b est a, nullum c est a, non sequitur aliquid, propter quod maior est particularis. Concludit igitur quod non interimuntur propositiones.

Deinde cum dicit: Contradictorie autem, in parte ista declarat ex contradictoria conclusionis interimi utramque premissarum. Unde ait: quando autem sumetur oppositum conclusionis interimetur. Nam si a omni b, ista est contradictoria conclusionis particularis negative, et b omni c, ista est minor propositio, sequitur per primam figuram quod a inest omni c. Dico sic: omne b est a, omne c est b; ergo omne c est a. Ista interimit minorem que dicebat quod nullum c est a. Rursum si a omni b, nulli autem c, et b nulli c inest, sed inerat omni, id est si sumatur contradictoria conclusionis cum maiori negativa, interimetur minor affirmativa. Tunc subiungit quod similiter interimuntur si non universales sint propositiones, sicut est in modis particularibus. Nam si a c sit universalis negativa sicut est in sexto modo, altera autem sit particularis privativa, tunc sequitur conclusio negativa. Sit igitur a quidem omni b, id est si sumatur opposita conclusionis contradictoria, b autem alicui c, ista est minor affirmativa; sequitur per primam quod a alicui c inest, sed nulli inerat in alio sillogismo. Formabitur enim sic sillogismus: omne b est a, quoddam c est b; ergo quoddam c est a. Hic interimit minorem que dicebat nullum c est a. Rursum a omni b, c autem nulli, a et b nulli c inest, id est si sumatur contradictoria conclusionis cum maiori interimetur minor affirmativa per secundam figuram. Dico sic: omne b est a, nullum c est a; ergo nullum c est b. Ista interimit minorem que dicebat quoddam c est b. Ex contradictoria enim conclusionis in modis particularibus utraque propositio interimitur. Sed si a alicui b, id est si sumatur sub contraria, et b alicui c, ita quod sumatur cum minori particulari affirmativa, tunc non fiet sillogismus, quia ambe erunt particulares; nec etiam si a alicui b, nulli autem c, id est non fiet sillogismus si sumatur sub contraria conclusionis cum maiori universali negativa, quia tunc maior esset particularis in prima figura. Concludit igitur quod in illo tertio modo ex contradictoria conclusionis interimuntur propositiones, sicut et sub contraria non interimuntur.

Deinde cum dicit: Manifestum autem, in parte ista exemplificat ea que dicta sunt, et ita facit. Nam primo exemplificat ea que conveniunt omnibus figuris; secundo resumit ea que conveniunt sillogismis tertie figure, facta ibi: Et quoniam. Tertia ibi: In prima parte dicit igitur quod manifestum est ex hiis que dicta sunt quando ex conversa conclusionis in unaquaque figura fiet sillogismus, non tamen eodem modo in qualibet figura fiet sillogismus conversivus, sed quandoque contrarie, quandoque autem opposite, id est quandoque fit sillogismus ex contraria conclusionis sicut est in modis universalibus prime figure, quando autem

ex contradictoria alterius in qualibet figura et in quolibet modo. Hoc est igitur commune omnibus figuris quod in eis fiet syllogismus conversivus. Sed non eodem modo. Consequenter distinguit primo quod est proprium syllogismis prime figure. Dicit enim quod in ipsa figura per mediam et per postremam fiunt syllogismi. Sed maior propositio interimitur per tertiam figuram, minor autem per secundam. Et Deinde ponit secundo quod est proprium secunde figure. In secunda autem figura fiunt syllogismi sicut per primam et per postremam figuram. Sed minor extremitas interimitur per primam figuram, maior autem per postremam. Deinde illud quod competit tertie figure. Nam in tertia figura fiunt syllogismi per primam et per secundam figuram. Sed que est ad maiorem extremitatem interimitur per primam figuram, minor autem interimitur per mediam. Concludit ergo quod quid est convertere et quomodo fiat syllogismus in qualibet figura manifestum est ex dictis. Circa istam lectionem queritur una questio principaliter utrum syllogismus conversivus fiat in omni materia et videtur quod non. Quia in syllogismo conversivo fit conversio in oppositam qualitatem. Sed talis conversio solum habet fieri in materia contingenti. Ergo non in omni materia invenitur syllogismus conversivus. Preterea in illa materia tantum invenitur syllogismus conversivus in qua talis syllogismus consideratur. Sed syllogismus conversivus consideratur et diffinitur in materia dialectica. Nam in viii topicorum dicitur quod convertere est cum sumitur conclusionem cum reliquis interrogationibus et interimere unum eorum que data sunt. Ergo videtur quod talis syllogismus solum in materia dialectica inveniatur. In contrarium est quia syllogismus simpliciter est applicabilis ad omnem materiam. Sed syllogismus conversivus ut determinatur de ipso in hoc libro est syllogismus simpliciter. Ergo est applicabilis ad omnem materiam. Dicendum quod ad veritatem istius questionis oportet videre tria. Primo est quomodo diffinitur syllogismus conversivus hic et in viii topicorum. Secundo qualiter reperiatur in materia necessaria et in materia contingenti. Et tertio qualiter reperiatur in omni figura.

Propter primum est sciendum quod ut pluries est dictum hic determinatur de syllogismo simpliciter non contracto ad aliquam materiam specialem. Verum quia syllogismus simpliciter potest variari multipliciter ideo ad hunc librum spectat determinare de omni via diversificante syllogismum simpliciter. De syllogismo autem conversivo determinatur hic et in viii topicorum. Hic autem determinatur de ipso ut est potestas probans bonitatem syllogismi simpliciter non applicati ad aliquam materiam specialem. Unde diffinitur per ea que respiciunt syllogismi continentiam. Nam quod convertere sit transpositive facere syllogismum et non determinare que sit illa propositio vel conclusio que convertitur vel transponitur spectat ad syllogismi considerationem simpliciter. In viii autem topicorum agitur de tali syllogismo secundum quod est potestas probans bonitatem syllogismi dialectici. Convertere enim conclusionem et contradictoriam cum aliis interrogationibus et interimere reliquam, secundum quod ibi diffinitur, est proprium syllogismo dialectico eo quod talis syllogismus est proprie in interrogatione alterius partis contradictionis.

Concesso igitur quod alio modo agitur hic de syllogismo conversivo et alio modo in viii topicorum, restat nunc ostendere quomodo reperitur in materia necessaria et contingenti. Secundo est igitur quod predictus syllogismus habet efficaciam in omni materia. Nam quod ex opposito conclusionis infertur oppositum antecedentis et quod oppositum conclusionis non possit stare cum antecedente quia ipsum consequens possit stare in omni materia tam necessaria quam contingenti veritatem habet. Verum quia alio modo sunt opposita conclusionis in propositionibus necessariis quam in contingentibus. Nam opposita isti propositionis: omne c est b, omne c est a, non est ista: contingit nullum b esse a, quia una includit aliam. Nam propositiones de contingenti convertuntur in oppositas qualitates et se invicem includunt ita quod affirmativa includit negativam et econverso. Una autem opposita debet excludere reliquam. Propter quod opposita isti propositionis contingentis: omne c est b, vel ad dictum simul non contingit. Et si fuerit recte opposita fiet syllogismus conversivus in materia contingenti sicut in materia necessaria. Nam in omni materia ex opposito conclusionis cum altera premissarum interimitur altera dummodo opposita recte accipiatur. Tertium autem quod dicebatur declaratum debet esse per ... Nam syllogismus conversivus inventus est ad probandum continentiam syllogismorum. Ubi ergo invenitur perfecta continentia syllogismorum, ibi et reperitur perfectus syllogismus conversivus. Et quia continentia syllogismorum perfecte reperitur in prima figura maxime in modis universalibus ideo talis syllogismus perfecte reperitur in prima figura ex contradictoria, autem habet reperiri in aliis figuris. Ad primum ergo dicendum quod conversio in oppositam qualitatem ex natura propria competit propositionibus de contingenti solum. Sed conversio in oppositam qualitatem ad probandum continentiam syllogismorum debet habere locum (?) circa omnibus propositionibus. Ad secundum patet solutio per ea que dicta sunt in corpore questionis.

Per impossibile autem etc. Postquam philosophus determinavit de potestate syllogismi sumpta ex opposito conclusionis cum altera premissarum interimente aliam, in parte ista determinat de potestate syllogismi sumpta ex opposito conclusionis probante cum alia propositione vera ostendendo ex eis oppositum conclusionis esse impossibile. Et tria facit. Nam primo determinat de syllogismo per impossibile secundum quod reperitur in prima figura. Secundo docet ipsum fieri secundum quod reperitur in secunda et tertia figura. Et tertio ostendit differentiam syllogismi conversivi et per impossibile. Secunda ibi: In media autem et postrema. Tertia ibi: Differt autem. Circa primum philosophus tria facit. Nam primo ponit descriptionem syllogismi per impossibile. Secundo ponit convenientiam et differentiam inter syllogismum conversivum et per impossibile. Tertio declarat qualiter syllogismus per impossibile habet fieri in ipsa figura et qualiter non. Secunda ibi: Similis est. Tertia ibi: Si aliter ... Dicit ergo sic. Deinde est quomodo fiat syllogismus conversivus. Autem per se syllogismus per impossibile ostenditur quando quidem ponitur contradictio conclusionis et assumitur aliqua propositio scilicet vera supra ex quibus probatur oppositum conclusionis esse impossibile. Et subiungit quod iste syllogismus fit in omnibus figuris. Deinde cum dicit: Similis autem. In parte ista ponit convenientiam et differentiam inter syllogismum conversivum et per impossibile. Et duo facit. Nam primo ponit convenientiam. Secundo differentiam. Secunda ibi: Tamen vero. Dicit ergo quod syllogismus per impossibile similis est conversivo. Et syllogismus conversivo decerpit (?) differunt ad invicem quia syllogismus conversivus fit quando convertitur secundum syllogismum et sumptis utrisque propositionibus et syllogismus conversivus fit ex contradictoria conclusionis conclusae ex syllogismo perfecto per duas premissas. Deducitur autem ad impossibile non prius sillogizato quod positum est prius. Sed manifesto quidem quando verum est. Et deductio ad impossibile non fit ex opposita conclusionis syllogizate per aliquas premissas. Sed ad manifestandum quando verum est id quod ponitur.

Queret autem aliquis utrum syllogismus conversivus differat a syllogismo per impossibile et videtur quod non. Quia uterque assumit oppositam conclusionis ad ostendendum conclusionem esse veram que posita est. Dicendum quod inter syllogismum conversivum et per impossibile quantum ad presens spectat tres differentias assignare possumus. Prima differentia sumitur ex parte forme. Nam formaliter loquendo syllogismus conversivus non potest fieri nisi iam perfecto aliquo syllogismo duabus propositionibus et una conclusione ut si debeat probari conclusio ista: omnis homo est ... non sufficiat accipere oppositum conclusionis qualitercumque, sed oportet fuerit oppositum predicte conclusionis syllogismi conclusae per duas propositiones. Nam si omne animal est substantia et omnis homo est animal, sequitur quod omnis homo sit substantia. Tunc si sumatur oppositum istius conclusionis perfecti syllogismi cum aliqua premissarum ad interimendum reliquam dicetur fieri syllogismus conversivus. Syllogismus autem per impossibile non oportet fieri iam facto aliquo syllogismo ut quod fiat ex opposito conclusionis syllogismi conclusae. Sed qualitercumque assumatur aliqua veritas si accipiatur oppositum eius cum aliqua vera propositione dicetur fieri syllogismus per impossibile ut si debeat probari per impossibile quod omnis homo sit animal non oportet hanc propositionem prius ex aliquibus premissis syllogizare. Sed oportet assumere immediate eius oppositum cum aliqua vera propositione ex quibus sequitur aliquod impossibile quo recepto concluditur propositionem esse veram. Nam si quidam homo non est animal, quod est oppositum conclusionis concludende per impossibile, assumatur cum ista: omnis homo est substantia. Quidam homo non est animal. Ergo quedam substantia non est animal. Hoc est impossibile. Ergo aliqua premissarum. Non maior, ergo minor. Ergo propositio prius fuit vera, scilicet quod omnis homo est animal. Formaliter igitur distinguuntur isti syllogismi quia unus fit ex opposito conclusionis semper syllogizate ut conversivus, alter autem fit ex opposito alicuius qualitercumque propositionis. Hanc differentiam tangit philosophus in littera. Secunda principalis syllogismi differentia sumitur ex fine. Nam ut dictum est syllogismus conversivus

assumitur ad plurium conclusionum sillogismorum ostensivarum. Nam si oppositum
conclusionis non poterit stare in sillogismo cum premissis acceptis in
sequitur quod conclusio sequitur ex predictis premissis. sed sillogismus per impossibile non
assumitur ad plurium conclusionum sillogismorum ostensivarum. Sed
assumitur ad ostendendum id quod propositum est esse verum quocumque sit
propositum. patet quod non in eisdem terminis sunt sillogismus conversivus et per im-
possibile. Tertio predicti sillogismi possunt differre isto modo. Nam
sillogismus conversivus non fit ex opposito conclusionis cum propositione indifferen-
ter sumpta. sed oportet sumere illud oppositum cum altera premissarum
sumpta in sillogismo. sillogismus vero per impossibile potest fieri ex opposito ali-
cuius cum propositione indifferenter sumpta. vel in sillogismo vel extra sillogismum etc.
Deinde cum dicit. Etiam vero. posita differentia sillogismi conversivi
et per impossibile. In parte ista ponit convenientiam dicendo quod licet isti duo
sillogismi differant tamen aliquo modo conveniunt. quia termini in utroque se
habent. et eadem fit assumptio utrorumque. tunc ponit qualiter
fit sillogismus ex quo habebitur quod sillogismus conversivus fit in eisdem terminis
d. ut si a. inest omni b. medio a. c. l. fit conclusio. a. inesse b.
per c. dando sic. omne c. est a. omne b. est c. ergo omne b. est a. et suma-
tur. a. l' non omni. l' nulli. b. inesse. hec est sumatur oppositum huius conclusionis
contradictorie. cum non ponatur omni inesse que sunt vere. id est si sumatur pre-
dicta opposita cum maiori que ponitur esse vera. tunc necesse est. c. b.
aut nulli. aut non omni inesse per quartum modum secunde figure. dando
sic. omne c. est a. ista fuit maior quedam. b. non est a.
sequitur quod quoddam. b. non sit. c. hec autem est impossibilis. ergo falsum est quod
assumptum est. ergo verum erit eius oppositum. scilicet quod est suppositum. Et sicut
probatur est iste sillogismus per impossibile factus in prima figura ita secundum contradictionis
figure. ut in secunda figura et in tertia. Et quia in istis eisdem terminis
in quibus factus est sillogismus per impossibile potest fieri sillogismus conversivus. Si
opposita conclusionis sumatur cum una premissarum ad interimendum al-
teram. unde dicit. quecumque recipiunt conversionem. hoc est sillogismi conversi-
vi recipiunt et sillogismi per impossibile. id est in quibuscumque terminis et figuris fit
sillogismus conversivus in eisdem potest fieri sillogismus per impossibile. Ostendit
consequenter sillogismum conversivum et per impossibile posse fieri in eisdem terminis. Nam
si dicatur sic. omne animal est substantia. omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia.
si sumatur opposita conclusionis cum minori interimetur maior per quin-
tum modum tertie figure. et sic fiet sillogismus conversivus dando sic. quidam
homo non est substantia. omnis homo est animal. ergo quoddam animal non est substantia. si ergo ac-
cipiatur opposita predicte conclusionis cum maiori vera probabitur
predicta conclusio esse vera per impossibile. dando sic. omne animal est substantia. ista est
maior vera. quidam homo non est substantia. hec autem est impossibilis. ergo altera pre-
missarum est impossibilis. non maior quia illa ponitur esse vera. ergo minor.
scilicet ista. quidam homo non est substantia. si ergo ista falsa opposita eius
prius conclusa est vera. ut quod omnis homo sit substantia. et sic termini sic
se habent in utroque sillogismo. et eadem fit assumptio utrorumque. ut
dicit philosophus. Amplius autem ostendit non esse in terminis prioris sillogismi
per impossibile sed fieri in predicto aliquo sillogismo. ut quod non possit ad pro-
bandum per impossibile nisi id fit prius sillogismo sillogizatum. nam hic est
Deinde cum dicit et quodammodo · In parte ista ponit tertiam differentiam · que inductio quodammodo opponitur syllogismo · nam hic · scilicet syllogismus ostenditur extremum in esse tertio per medium · id est ostenditur maiorem extremitatem de minori per medium · sed illa · scilicet inductio ostenditur extremum de medio per tertium. — Queritur autem ad istud utrum in inductione possit assignari medium et extrema. — Dicendum quod maior et minor propositio sunt extrema syllogismi · medium autem est quod claudit in ista duo · et quod unum extremum concluditur de altero · sumendo ergo medium et extrema ut dictum est talia non reperiuntur in inductione eo quod in non invenitur medium habens veram rationem medii nec extrema que habeant veram rationem extremorum · sed pro tanto dictum est in inductione ostenditur extremum de medio per tertium quia ille terminus quod habet rationem minoris extremitatis in inductione habebit rationem medii in syllogismo et e contrario habens rationem medii in inductione est minor extremitas in syllogismo · medium ergo et extrema non habent esse in inductione nisi per comparationem ad syllogismum · Et quia habent esse opposito modo in inductione et in syllogismo · ideo dicitur quod inductio reducitur ad syllogismum sicut oblique reducitur ad rectum · et sic imperfectum reducitur ad perfectum. — Deinde cum dicit ergo natura · In parte ista ponit quartam differentiam concludens eam ex omnibus predictis · Dicit autem ergo natura quidem prior et cognitior est syllogismus qui concluditur medium simpliciter quam sit inductio · sed inductio est nobis manifestior. — Et si aliquis contra quod hec quarta differentia potest elici ex omnibus predictis · nam dictum est quod inductio est per omnia singularia · sed syllogismus accipit semper aliquas propositiones universales · Et quia universalia sunt notiora nature et secundum naturam priora singularibus · singularia vero cum sint sensibilia sunt nobis magis manifesta · ideo dictum est in hac quarta differentia quod syllogismus est prior et evidentior inductione · sed inductio est nobis manifestior et notior secundum sensum. — Queritur autem ad istud utrum syllogismus sit ex probabilibus evidentioribus secundum naturam quam sit inductio. — Dicendum quod utrum etiam dictum est syllogismus procedit ex universalibus vel saltem ex aliquo universali · sed inductio semper est ex omnibus singularibus · Et universalia duplici ratione possunt esse ea ex quibus constat syllogismus esse evidentiora et priora secundum naturam singularibus ex quibus constat inductio · primo ex parte nature cognite vel intellecte · secundo ex parte nostra cognoscentis vel intelligentis. — Primum autem sic patet · nam de natura quam res prius producatur secundum esse universale quam secundum esse particulare · unde commentator ait super secundum methaphysice · quod prius introducitur in materia forma universalis et postea forma particularis · quia ipsa materia prius debet esse sub · Et philosophus ultimo in libro de animalibus quod embrio prius vivit vita plante quam vivat vita animalis · prius vita animalis quam vita hominis · nam licet eadem res sit universalis et particularis ut homo et animal · prius tamen ordine nature producatur res secundum esse universale quam secundum esse particulare. — Secundo patet hoc idem ex parte nostra cognoscentis · nam quilibet cognoscens existens in nobis prius informatur secundum rei sub esse universali quam sub esse particulari ut species prius informatur species alicuius visibilis sed quod est corpus quam sed quod est hoc corpus · similiter intellectus prius percipit universale quam particulare · immo intellectus non cognoscit particulare nisi per reflexionem ad fantasmata ut superius dictum est · natura ergo omnis nostra cognitio prius cognoscit universalia et cognita magis propter quod universalia sunt priora et evidentiora secundum naturam quam singularia sive hoc quod dico secundum naturam referatur ad naturam rei cognite sive referatur ad naturam rei cognoscentis · singularia vero sunt nobis magis manifesta in primordio nostre cognitionis · nam si debemus cognoscere aliquod universale per intellectum oportet tale universale prius fuisse in sensu · in sensu autem non potest esse nisi inquantum est quedam singularia cum sensus non recipiat universalia · ideo singularia pro nunc cognitionis sensitive ad intellectum sunt nobis prius manifesta quam universalia. — Amplius autem queritur ad istud utrum hic debeat declarari de inductione vel non · quia syllogismus et inductio sunt propria istius logica · sicut ergo est unus liber declarans de hoc instrumento quod est syllogismus · ita et debet esse unus liber specialis qui declararet de hoc instrumento quod est inductio. — In contrarium est philosophus qui in isto libro et in primo topicorum de inductione declarat. — Dicendum quod propter argumentum due sunt species argumentationis · scilicet inductio et syllogismus · non tamen dupliciter utitur syllogismo et inductione · primo rationes · sed utitur syllogismo tanquam instrumento perfecto utitur vero inductione tanquam instrumento imperfecto · nam cum logica habeat rectificare et regulare actus et conceptus rationis in illum ex perfectum per quod habent rectificari hii actus et conceptus rationis syllogismus autem perfecte habet regulare conceptus rationis · inductio vero hoc non potest facere nisi inquantum reducitur ad syllogismum · ex quo patet quod hic debet declarari de syllogismo tanquam de perfecto instrumento logica de inductione non debet hic declarari tanquam de imperfecto instrumento et tanquam de eo quod potest perfici et reduci ad syllogismum · nam ad eundem artificem spectat declarare de perfecto et de imperfecto inquantum habet reducere imperfectum ad illud perfectum · alias de isto imperfecto esset aliqua scientia specialis que esset inconveniens · ergo hic declaratur de inductione ut deficiat a syllogismo · et ut reducatur ad syllogismum et ut perficiatur per ipsum · argumentum autem solutione patet per iam dicta.

Deinde cum dicit exemplum · In parte ista prius declarat de defectu syllogismi sumpto ex parte premissarum · scilicet de exemplo et tertia facit · nam primo ponit ipsius exempli diffinitionem · secundo manifestat illam diffinitionem per terminos · et tertio ponit differentiam inter exemplum et inductionem · Secunda ibi · manifestum autem · tertia ibi · manifestum autem · Dicit ergo sic · dictum est quid est inductio sed exemplum est quando extremum ostenditur inesse medio per id quod est simile tertio · sed medium oportet inesse tertio · et primum simile contineri in esse quam tertio. — Queritur autem ad istud utrum per exemplum ostendatur primum in esse medio per ad simile

simili

tercio. Dicendum quod diffinitio hic posita de exemplo declaratur si sua ante-
cedentia [illegible]. nam apparebit qualiter ostenditur primum inesse medio per aliquid simile
tertio. et quomodo oportet medium tertio et primum simili tertio evidentius inesse quam
ipsi tertio. sit igitur primum extremum malum. affines autem contra affines pugnare
sit medium. athenienses autem contra thebanos pugnare sit tertium. oportet
thebanos esse contra focenses sit simile tertio. tunc hiis terminis sic
dispositis. si volumus ostendere primum extremum de medio per aliquid simile tertio
scilicet quod affines contra affines pugnare malum est. quia malum fuit the-
banos pugnare contra focenses. ad hoc tamen quod istud exemplum sit verum oportet
quod hic quod dico thebanos pugnare contra focenses quod est simile tertio
magis sit evidens primum scilicet malum esse ita quod evidentius sit thebanos
pugnare contra focenses fuit malum. oportet iterum esse notum affines
contra affines quod est medium inesse athenienses contra thebanos quod est tertium ita
quod oportet esse notum quod athenienses et thebani sint affines. tunc omnibus
hiis existentibus. scilicet quod medium insit tertio et primum extremum insit primo. et
primum extremum insit simili tertio. exemplum erit verum et poterimus probare
quod affines pugnare contra affines malum est. quia thebanos pugnare
contra focenses malum fuit. et hec modo consimili est primum de medio per
id quod est simile tertio. ut ex declaratione diffinitionis exempli manifestum est.

Deinde cum dicit ut si a. in parte ista ostendit et declarat istam
diffinitionem per terminos. dicens ut si a. hoc est primum extremum sit malum
b. autem hoc est medium sit affines contra affines inferre bellum in quo
autem c. hoc est athenienses contra thebanos in quo vero d. hoc est simile tertio
sit thebanos contra focenses. si igitur volumus ostendere superius per exemplum quod
thebanos contra forenses pugnare malum est. sumendum est quod
affines contra affines pugnare malum est. huius tamen fides erit
ex similibus. Tunc subdit planiorem hic dicens. ut quando the-
banos contra focenses pugnare malum est thebani autem et foce-
nses sint affines. ideo sequitur quod thebanos contra focenses pugnare
est malum. quia hoc quod est esse affines inest thebanis et foren-
sibus ex quo sequitur quod malum sit pugnare contra thebanos. Tunc
applicat istos terminos communes ad invicem dicens quod a. et b. c.
et d. inerunt manifeste idest quod ista tria possunt ostendi de se invicem
ut esse malum contra confines et confines. et thebanos contra focen-
ses. nam verum est scilicet confines contra confines inferre bellum malum est
a quo a. d. ut quod thebanis non convenit pugnare contra focenses
similiter est verum. inerit etiam quando a. inest b. per d. ostenditur idest
quod malum sit pugnare confines contra confines ostenditur per hoc quod
malum est thebanos pugnare contra focenses. Et sic dictum
est de uno sillogismo eodem modo erit et si per plura similia fiat fides
medii ad extremum. nam quando sunt plura similia facilius est exemplum.

Est autem considerandum quod exemplum est quedam diminuta inductio. Nam
inductio est ex omnibus singularibus. exemplum autem tamen ex uno singulari in-
fert aliquid. quanto igitur plura singularia similia invenire possumus
tanto efficacius est exemplum. ut si volumus ostendere exemplum quod ma-
lum sit athenienses committere bellum contra thebanos quia sunt
eis confines. quanto plura exempla similia ad hoc invenire possumus
tanto efficacius est exemplum. ut si volumus ostendere exemplum
quod malum sit athenienses committere bellum contra thebanos
quia sunt eis confines. quanto plura exempla similia ad hoc invenire
possumus tanto efficacius hoc ostendemus. Amplius autem considerandum
quod licet tamen est unum exemplum particulare ostenditur per aliquid itaque primum ostenditur
inesse medio per id quod est simile tertio ut malum ostenditur inesse affini-
bus per hoc quod thebanis non convenit pugnare contra focenses. tunc
si medium sumatur universaliter. tunc poterit reduci ad sillogismum. dicendo sic
omnes affines contra affines pugnare malum est. sed athenienses sunt
affines cum thebanis. igitur athenienses pugnare contra thebanos
malum est. medium igitur supponitur in exemplo si sumatur universaliter poterit ipsum

exemplum reduci ad sillogismum. Deinde cum dicit manifestum igitur. in parte
ista ostendit esse differentiam inter inductionem et exemplum. et duo facit. nam primo
ostendit esse differentiam inter sillogismum et exemplum. secundo subiungit differentiam inter inductionem
et exemplum. secunda ibi. et differt. dicit igitur quod manifestum est quod exemplum non habet
se sicut pars ad totum. neque sicut totum ad partem. sed sicut pars ad
partem. scilicet quando ambo sunt sub eodem. evidentius autem alterum ut con-
fines contra confines pugnare esse malum ambo possunt inesse at-
theniensibus contra thebanos. sed hoc evidentius inest thebanis
contra focenses. quare per hec patet propositum autem. Et super in hac differt
sillogismus ab exemplo. quia in sillogismo una propositio habet se sicut totum. alia
sicut pars quod non invenitur in exemplo. Queret autem aliquis utrum exemplum
differat a sillogismo. Dicendum quod quantum ad presens inter sillogismum et exemplum
triplex differentia potest assignari. una formalis et due materiales.
prima autem differentia formalis talis est. nam exemplum est instrumentum rethoris
persuadentis populo. ideo non assumit nisi singularia que sunt sensibilia
eo quod populares homines et grossi ymaginationem transcendere non
valentes. non nisi sensibilia percipere possunt. sed sillogismus est instrumentum logi-
ci arguentis et investigantis veritatem in scientiis speculativis. Et
quia speculabilia sunt insensibilia nec aliquibus percipiuntur nisi ab intelli-
gentibus. ideo sillogismus assumit universalia. eo quod talia sunt maxime
speculabilia. Cum igitur consideratio dialectici et rethorici differunt formaliter
et quia dialecticus considerat speculabilia a sensibilia. rethor vero considerat
sensibilia et materialia oportet quod eorum instrumenta formaliter differant. Secundo
patet hec duo differre materialiter. et hoc dupliciter. primo quia semper in sillogismo
una propositio se habet sicut totum. sicut est maior. alia vero habet
se sicut pars sicut est minor. sed in exemplo ~~minor se habet sicut totum~~
~~sicut est maior. alia vero habet se sicut pars sicut est minor.~~ sed in exemplo
minor se habet sicut totum. sed maior se habet sicut pars. nam
cum exemplum de uno singulari inferat aliquid. ideo utraque tamen inferens
quam illatum habent se sicut partes. hanc autem differentiam tangit aristoteles in
littera. Secunda differentia materialis potest sumi ex parte propositionum
nam sillogismus semper procedit ex duabus propositionibus. sed exemplum tamen ex
uno singulari infert conclusionem quamvis possit assumere plura
similia. Deinde cum dicit et differt. in parte ista ponit tertiam
differentiam inter exemplum et inductionem. dicens autem quod differt exemplum ab in-
ductione quam hoc concedit. scilicet inductio ex omnibus individuis ostendebat
extremum inesse medio et copulat sillogismum ad extremum. sed autem scilicet exemplum
non copulat medium ad extremum. et non ostendit conclusionem sequi ex omnibus.
Est autem considerandum quod ut superius dicebatur in inductione unum extre-
mum ostenditur inesse medio per aliud extremum. ita quod nunc quando in induc-
tione extremum copulatur ad extremum. nec extremum preter-
de extremo per medium. nisi forte post inductio reducatur ad
sillogismum. sed cum exemplum ex uno singulari inferat aliquid potest ostendere
extremum inesse extremo per medium simile tertio. ita quod extremum osten-
dere inesse tertio per medium copulatur. Amplius autem considerandum
quod iste tres differentie que sunt assignate inter exemplum et sillogismum possunt
et assignari inter inductionem et exemplum. nam inductio est instrumentum
logici. exemplum vero est instrumentum rethoris. propter quod habent primam differentiam formalem
vero quia inductio concludit universalem propositionem ex omnibus singularibus. et quia
[illegible] singularis ideo ipsa [illegible] in inductione
se habet ut pars. quod non universalis potest se habere ut totum
et propter hoc habent secundam differentiam. amplius inductio est ex omnibus singularibus
sed exemplum tamen est ex uno singulari. vel saltem non est ex omnibus. et propter
hoc habent tertiam differentiam inter exemplum et inductionem. Circa
istam lectionem queritur una questio principaliter. utrum sillogismus expositorius
sit verus sillogismus. et videtur primo quod non. quia talis sillogismus est ex propositionibus singularibus
sed inductio est ex propositionibus singularibus. cum igitur inductio non sit
sillogismus. videtur quod sillogismus expositorius cum procedat ex eisdem propositionibus

ex quibus procedit inductio non sit bonus sillogismus. Item philosophus dixit super in primo libro quod non fiat sillogismus sine universali propositione. Sed in sillogismo expositorio non sumitur aliqua propositio universalis. ergo non videtur quod sit bonus sillogismus. Item videtur non esse dici de omni quod est principium formale sillogismi vel non reperitur in sillogismo. sed in sillogismo expositorio non reperitur dici de omni quod patet ex diffinitione eius. nam dici de omni est quando nichil est sumere sub subiecto de quo non dicatur predicatum. cum ergo in sillogismo expositorio omnes propositiones sint singulares non poterit sub eis aliquid sumi et per consequens non erit sillogismus. In contrarium est aristotiles. sicut quando omne quod infert necessario conclusionem ex premissis suppositis videtur quod sit bonus sillogismus. sed si dicatur sic per sillogismum expositorium. sortes est homo. sortes est albus. ex talibus premissis sequitur quod homo sit albus. ergo videtur quod sillogismus expositorius sit bonus sillogismus. Dicendum quod ideo hanc questionem reservavimus usque ad partem istam. quia sillogismus expositorius videtur esse sillogismus diminutus eo quod non habet omnia que requiruntur ad perfectam rationem sillogismi ut statim patebit. propter quod in ista parte in qua agit de ipsis speciebus argumentationis ista questio habet locum. In ista ergo questione duo sunt declaranda. primum est que sint illa que requiruntur ad perfectam rationem sillogismi. secundo ostendetur quod aliqua illorum possunt adaptari ad sillogismum expositorium aliqua vero non. ex quo habetur quod sillogismus expositorius aliquo modo est bonus sillogismus aliquo vero modo non.

Propter primum est sciendum quod duo sunt illa que videntur esse necessaria ad integritatem sillogismi. Primum est universalitas propositionis. nam cum dici de omni sit principium formale sillogismi. oportet in omni sillogismo perfecto istud principium reservari. cum omnis perfectio et omnis actualitas sumatur ex parte forme. dici autem de omni non habet esse in aliquo sillogismo sine propositione universali. nam nisi predicatum in premissis dicatur de eo quod sumitur sub subiecto in premissis conclusio non habet esse dici de omni. cum igitur quod sumitur sub aliquo requirat universalitatem terminorum eo quod sub termino singulari non possit sumi oportet in omni sillogismo perfecto esse aliquam propositionem universalem sicut in omni sillogismo perfecto requiritur dici de omni tamquam principium formale ex quo sortitur actualitatem et perfectionem. unde philosophus dicit in primo libro hec considerans concludit quod in omni sillogismo esset necessaria aliqua propositio universalis. Secundum quod requiritur ad perfectionem sillogismi est receptibilitas medii respectu extremorum. nam nisi medium sit idem et habeat unitatem cum utroque extremorum numquam ipsa extrema possent habere receptibilitatem. nam ex hoc esse sillogismi sophistica dicuntur in modo figurali (?) quia non sumitur medium uniforme. sed semper peccat ex variatione medii. propter quod si non requireretur uniformitas extremorum in sillogismo sillogismi sophistica non dicerentur in modo figurali. nam eo ipso quod in talibus sillogismis variatur medium. et non sumitur idem medium realiter ut dicitur de maiori et de minori extremitate. ideo oportet in sillogismo esse quatuor terminos quia medium sumitur pro alio pro uno dicitur de uno quam pro quo dicitur de alio. Viso ergo que sint illa que requiruntur ad perfectam rationem sillogismi. ideo est secundo sciendum quod unum istorum perfecte reperitur in sillogismo expositorio. nam uniformitas medii ad extrema potissime habet esse in talibus sillogismis eo quod tales sillogismi numquam accipiunt medium variatum. ut si dicatur sic. petrus est homo. petrus est albus. ergo homo est albus. quia hic medium quod est petrus accipit uniformiter respectu hominis et respectu albi. sed universalitas propositionis que dicebatur requiri in sillogismo tamquam principium formale quod est dici de omni non invenitur in sillogismo expositorio eo quod cum in tali sillogismo non sumatur aliqua propositio universalis ideo non poterit in ipso aliquid sumi sub alio. adhuc quod in tali sillogismo possit inveniri dici de omni. patet ergo quod universalitas propositionis et per consequens dici de omni non invenitur in sillogismo expositorio. sed si dicatur uniformitas et receptibilitas medii ad extrema perfecte invenitur in tali sillogismo dicendum quod dici de omni magis videtur pertinere ad formam sillogismi. sed receptibilitas medii respectu extremorum magis videtur pertinere ad materiam eius. Nam materia sillogismi dicuntur esse termini qui sunt medium et extrema. sed dici de omni cum dicatur tertium ordinem sillogismorum secundum substantiam quod sunt propositiones istorum terminorum ad invicem videtur dici forma ipsius sillogismi. ex hac forte trahit originem illud commune dictum. scilicet quod sillogismus expositorius non concludit gratia forme. sed solum gratia medii quod quando res sit potest esse maior et minor (?).

Ad primum ergo dicendum quod inductio non concludit extremum de extremo per medium sicut facit sillogismus expositorius. ideo quamquam in utroque sillogismo sint propositiones singulares. non est tamen simile de uno et de alio. Ad secundum dicendum quod sine universali propositione non fit sillogismus concludens gratia forme et per dici de omni. sed quod non fiat sillogismus concludens gratia materie et ex unitate medii respectu extremorum philosophus non negat. Ad tertium dicendum sicut quod in sillogismo expositorio non reperitur dici de omni. quia in ipso non invenitur propositio universalis. ideo quod adhuc videtur deminutus est sillogismus expositorius circa perfectionem sillogismi. Sed quia argumentatio in oppositum videtur dicere quod sit perfectus sillogismus ex eo quod concludit de necessitate. ideo gratia huius est sciendum quod in plus se habet necessarium quam sillogismus ut dictum fuit supra in primo libro. nam multa concluduntur ex aliquibus de necessitate que non concluduntur sillogistice non gratia forme sed concluduntur ex receptibilitate medii et cetera.

Reductio autem. In parte ista sic dicebatur philosophus determinat de quibusdam oppositis inductionibus (?) circa inductionem et exemplum. et sunt circa alias species argumentationis. Ad cuius evidentiam est sciendum quod in omni argumentatione procedimus a magis notis ad minus nota eo quod omne quod concludit et probatur de aliquo per aliquod quod probatur per notiora et evidentiora. dupliciter ergo possumus facere argumentationem in talibus. primo si assumeremus aliquam propositionem incognitam vel magis ignotam ipsa conclusione quam intendimus concludere. alio non propositionem assumeremus que per se nota est. et ex talibus premissis argumentando et concludendo ad faciendum quamdam reductionem. Secundo possumus intelligere in talibus fieri argumentationem si faceremus instantiam contra aliquam propositionem acceptam in aliqua argumentatione. et tunc faceremus instantiam vel sillogismum instantivum. In declarando ergo philosophus de istis oppositis duo facit. nam primo declarat de reductione secundo declarat de instantia. ibi instantia autem. circa primum duo facit. nam primo tangit duplicem modum per quem habet fieri reductio. secundo exequitur de illis modis ibi ut sicut a. Dicit ergo sic. reductio autem est quando sit in ducto (?) et quod sit extra quod sunt species argumentationis aut per se. reductio quedam est quando palam est primum medio inesse. sed dubium est medium inesse postremo. et hoc autem similiter credibile aut magis conclusione. id est tunc est reductio quando quis assumit maiorem propositionem per se notam sed minorem propositionem accipit aut magis aut similiter credibilem conclusione. Tunc videlicet aliquo modo dicitur amplius aut si media sint pauciora pertico (?). nam hic modo erit omnino propinquius scientie. id est quando media minoris extremitatis sunt pauciora quam sint media conclusionis. tunc minor extremitas erit propinquior scientie quam conclusio. Quereret aliquis utrum reductio opponatur inductioni vel aliis speciebus argumentationis.

Dicendum quod tunc est proprie reductio quando ex maiori propositione simpliciter nota et ex minori equaliter vel magis nota conclusione. hic non ideo dictum differentia poterit assignari (?) vel duplex oppositio inter reductionem et alias species argumentationis. Prima differentia est quia reductio est ex omnibus propositionibus singularibus (?) ex quibus concluditur aliqua propositio universalis sicut fit per inductionem. secunda autem habet duplicem oppositionem respectu propositionis universalis. primo quia universale est prius et notius secundum naturam. singularia autem sunt posteriora secundum naturam. secundo universale opponitur singularibus. quia universale est magis propinquum scientie. quia scientia est ipsorum universalium. singularia autem remotiora a scientia. quia particularium non est scientia nisi diffinitio (?). Cum ergo medium sumatur universale per reductionem per se non vel per inductionem sumatur medium singulare sicut ergo singularia in duobus opponuntur universali. ita et in inductio in duobus opponuntur reductioni. nam ut patebit reductio semper est ex tali medio quod est notius secundum naturam et est propinquius scientie quam

to quod concluditur per talem deductionem. sed per inductionem fit econverso quia
inductio fit ex medio simili per quod concluditur ad ultimum quod est magis
notum sed non est magis propinquum scientie quam sit ipsum significatum ex quo
procedit. ideo bene dixit fiunt quasi quod hic deviabat de quibusdam
oppositionibus in adventibus circa inductionem et exemplum. Qualiter autem deductio
distinguatur a sillogismo infra patebit. Amplius autem ostendit ad ultimum
sint tantum duo modi deductionis. Dicit quod deductio numquam
potest esse ex propositionibus nimis notis conclusione. sed oportet propositionem maiorem
propositionem esse simpliciter notam. et quantum ad hoc non est differentia inter primum
modum et secundum ipsius deductionis. sed quantum ad minorem propositionem distinguuntur
duo modi. nam vel minor propositio est equedubia ac est magis
credibilis conclusione. et quantum ad hoc primus modus vel minor propositio per
pauciora media probatur quam conclusio itaque est magis immediata vel propinquior
scientie quam sit ipsa conclusio. et quantum ad hoc est secundus modus. Deinde
cum dicit Est autem, In parte ista exequitur de illis modis et declarat.
nam primo exequitur de primo modo. secundo exequitur de secundo modo
et secundo ostendit quod non est possibile fieri deductionem secundum aliquem alium modum
ibi autem rursum. tertio ibi quando autem. dicit ergo bene dictum quod maior
propositio debet esse simpliciter nota. et minor propositio debet esse equaliter ultima
vel ignota conclusione. ut sit a. maior extremitas doctrinabile/in
quo b. medio sit disciplina. c. vero minor extremitas sit dis-
ciplina vel virtus. si erit ei sit deductio. omnis disciplina est
doctrinabilis omnis virtus est disciplina. ergo omnis virtus est doctrinabilis. ergo
manifestum est quod disciplina sit doctrinabilis. i. maior propositio est manifesta
quod autem virtus sit disciplina hoc est dubium. si ergo similiter aut
magis credibile b. c. quam a. c. deductio est. i. si minor propositio
sit equaliter credibilis vel sit magis credibilis quam conclusio tunc est deduc-
tio. nam medium quod assumitur est propinquius scientie eo quod assumpserit
a. c. disciplinam prius non habentes i. medium quod assumitur deductio
est propinquius scientie quam conclusio et facit nos habere scientiam de conclusione de
qua non habebamus ante disciplinam. Ostendit autem quod maior
propositio istius deductionis sic quod omnis disciplina est quasi per se nota
eo quod ideo potest includi in rationibus sibi. sed minor propositio est equaliter in-
credibilis sicut conclusio. nam ista conclusio scilicet virtus est disciplina ita est
dubia sicut ista conclusio scilicet virtus est doctrinabilis. tamen minor propositio est
propinquior scientie quam sit ipsa conclusio eo quod est magis propinqua notitie
maioris propositionis que debet esse per se manifesta. Amplius autem
ostendit quod cum scientia sit de conclusione quia conclusio est illa que scitur
non potest esse quod medium vel minor extremitas esset propinquior scientie
quam conclusio quia non est magis propinqua quam quod ideo est ipsum. Dicit Philosophus ideo
de scientia prius est autem circa notitiam sed quia modus maioris propositionis est
clarior conclusione et quia medium vel minor extremitas est propinquior
ista maiori extremitati quam conclusio ideo sequitur quod sit magis propinqua scientie.
Deinde cum dicit autem rursum. In parte ista exequitur de
secundo modo ipsius deductionis. dicit ergo rursum si media ipsius b. c.
sint pauciora i. si media minoris propositionis sint pauciora
quam quod sint media conclusionis. nam isto modo est propinquius scientie scilicet
medium vel minor extremitas quam conclusio. ut si d. sit quadrangulare
in quo vero e. sit rectilineum in quo autem f. sit circulus. forte ergo ei
sit deductio. esse equale recte lineali potest quadrari. et
omnis circulus est equalis lineali recte. ergo omnis circulus potest quadra-
ri. si ergo ei quod est e. f. sit unum solum medium i. si minor propositio
habeat tantum unum medium ut si ostendatur per hoc medium quod propositiones
lunulares circumferentie sit equales lineis rectis. sequitur quod cir-
culus sit propinquior scientie. hoc est minor propositio erit propinquior
scientie quam conclusio quia probatur per pauciora media. Ostendit autem ostendit
quod maior istius deductionis est per se nota. nam esse equale
recte lineali posse quadrari probatur demonstrative in geometria

sed minor non est vera nec scita hac suppositione quod circulus et recte li-
nee sint equales lineis rectis. hoc medium non habet veritatem nec scita habetur
suppositione quod hec circulus et recte sint equales. et tamen bene sequitur quod pro-
ponens circumferentie circuli quod sit circulus sit equales rectis.
Amplius autem ostendit quod quanto aliqua propositio probatur per pauciora
media tanto illa propositio est magis immediata et magis propinqua propositioni
per se note. unde si minor propositio non probatur nisi per unum medium
et conclusio probatur per multa media sequitur quod minor propositio sit propinquior
scientie quam ipsa conclusio. Deinde cum dicit quando autem. In parte ista
ostendit quod non est possibile alio modo fieri deductionem. dicit autem quando
a. b. c. non est credibilius quam a. c. i. quando minor propositio non est magis
ignota conclusione vel equaliter sed minor propositio probatur per pau-
ciora media quam conclusio non dico deductionem hoc est quando aliquod ar-
gumentum non habet ista que nunc diximus non inveniet deduc-
tionem tunc est deductio quando ista propositio est immediata quod est b. c. i.
quando minor propositio est penitus immediata tunc non est deductio. eo quod
disciplina talium propositionum immediatarum non est deductio. Que
autem dicta sunt ut deductio differat a sillogismo. Dicendum quod
Philosophus videtur tangere tria in hac deductione in quibus differt a sillogismo
primum est quia deductio debet habere maiorem propositionem simpliciter no-
tam. et debet habere minorem vel equaliter vel magis notam conclusione
hoc autem non est de ratione sillogismi simpliciter sumpti. nam de ratione sillogismi
simpliciter est non habere propositiones hoc modo dispositas. Secundum est
quia deductio debet habere minorem propositionem probatam per pau-
ciora media quam sit ipsa conclusio. et debet esse magis immediata et magis
propinqua scientie vel notitie maioris propositionis quam sit ipsa conclusio quod
quidem non est de ratione sillogismi simpliciter considerati. Tertium est quia
deductio non potest esse in immediatis. quia talium est disciplina
a vero. cum tales propositiones immediate statim se offerunt intellectui
ex notitia suorum terminorum. sed ex talibus potest esse sillogismus
demonstrativus vel dialecticus. nam si ex talibus propositionibus immediatis
probabitur conclusio erit demonstratio. si non ipsa sillogismus per aliqua
probabilia aliud erit sillogismus dialecticus. Deinde cum dicit
instantia autem. In parte ista declarat de instantia circa quod
tria facit. nam primo ostendit quid sit instantia et quot modis et quibus
figuris habet fieri. secundo manifestat quedam que dicuntur per eos et
declarat de instantia magis particulari sed diversas ei acceptiones
tertio ibi ut si a. tertio ibi perspiciendum autem. circa primum duo facit
nam primo ostendit quid sit instantia. secundo declarat quot modis dicatur
et quibus figuris habet fieri. secundum ibi. fertur autem. dicit ergo quod instantia
est contraria propositioni. sed instantia differt a propositione quoniam quidem in
stantia contingit esse particularem propositionem vero. autem non contingit omnino esse par-
ticularem vel saltem non est particularis in sillogismis universalibus. Ostendit
autem ostendit quod alio modo notificatur respective et opposita
quam absoluta. nam absoluta diffinitur per se et per conditionem
suorum. sed opposita et respectiva diffinitur per comparationem
ad aliud. Cum ergo instantia opponatur ei quod sit instantia propositioni
oportet quod diffiniatur per comparationem ad illud. instantia autem opponitur
aut propositioni contrarie aut contradictorie. ideo bene diffinitur instantia
quando dicitur quod est contraria propositioni. Amplius autem ostendit quod licet instan-
tia opponatur propositioni contrarie aut contradictorie differt tamen ab
ea quia in pluribus se habet instantia quam propositio. nam instantia
potest esse universalis et particularis ita quod in sillogismis universalibus potest
esse instantia particularis quia ad contradictorium potest autem esse instantia
universalis quam ad contrariam. sed propositio possit esse particularis ut
in sillogismis particularibus. in sillogismis tamen universalibus numquam potest esse propositio
particularis. bene ergo ait Philosophus quod differt instantia a propositione
quia instantia contingit esse particularem propositionem autem non contingit omnino

esse particularem aut saltem non contrariam esse particulari in illis ulibus (?).

Deinde cum dicit: fertur autem. In parte ista declarat quot modis et per quot figuras habet fieri instantia. Unde fertur autem instantia duobus modis et per duas figuras. Duobus quidem modis quoniam omnis instantia aut est universalis aut particularis. Fit autem ex duabus figuris, quoniam esse propositiones ferunt opposite; sed propositiones opposite solum concluduntur in prima figura aut tertia. Nam qui probat omni inesse per syllogismum vel affirmativum, et instantiam per universalem negativam et per particularem negativam, ut quoniam nulli aut quoniam non alicui inesse. Sed horum, scilicet harum propositionum, universalis quidem negativa concluditur ex prima figura, particularis autem negativa concluditur ex postrema figura. Videtur autem quod sint tantum duo modi instantie... potest accipi. Dicendum quod modi instantie possunt accipi dupliciter: uno modo per comparationem ad diversitatem instantiarum, et tunc sunt solum duo modi instantie, scilicet universalis et particularis; nam hec distinguuntur secundum genera propositionum, scilicet universalis et particularis et indefinita et singularis; tamen ad istas quatuor propositiones non fertur instantia, scilicet universalis et particularis, eo quod sub propositione particulari comprehenduntur indefinita et singularis. Si vero sumantur modi instantie per comparationem ad eam contra quam instatur, tunc respectu alicuius erunt duo modi, respectu vero alterius non erit nisi unus. Nam respectu propositionis universalis erunt duo modi instantie, eo quod propositio universalis potest dupliciter falsificari, scilicet ex contraria universali et ex contradictoria particulari. Nam hec est falsa: omnis homo currit, et similiter nullus currit, et quidam non currit; ad universalem igitur propositionem dupliciter fertur instantia, scilicet universalis et particularis. Sed respectu propositionis particularis non erit nisi unus modus, scilicet universalis. Nam una particularis non falsificatur ex altera, eo quod ambe possunt esse vere. Unde ad hanc propositionem particularem, scilicet quidam homo non currit, non potest ferri alia instantia nisi quod omnis homo currit. Nam si fertur instantia contra id contra quod fertur instantia, potest esse contraria in virtute, quod est contra rationem instantie. Quo autem instantia habeat fieri in duabus figuris statim patebit.

Deinde cum dicit: ut si a. In parte ista manifestat ea que dixit per terminos, et tria facit. Nam primo ostendit quomodo fertur instantia universalis et particularis per primam et per tertiam figuram. Secundo probat hec quod dixit, et est quod in secunda figura non fit instantia saltem affirmativa, ibi: secundum autem. Tertio ibi: medium (?). Primo duo facit. Nam primo ostendit qualiter infertur instantia contra propositionem universalem affirmativam. Secundo declarat hoc idem contra universalem negativam, ibi: rursum in privativis. Primo igitur dicit quod instantia potest fieri per primam et per tertiam figuram, ut sit a maior extremitas, unam esse disciplinam, in quo b medium sit contrariorum. Supponatur igitur omnium contrariorum unam esse disciplinam; et contra istam propositionem universalem affirmativam potest fieri instantia universalis per primam figuram et particularis per tertiam; per primam sic: nullorum oppositorum est eadem disciplina, sed omnia contraria sunt opposita, igitur nullorum contrariorum est eadem disciplina. Per tertiam vero sic: noti et ignoti non est eadem disciplina, sed notum et ignotum sunt contraria, per tertiam figuram; igitur sequitur quod aliquorum contrariorum non sit eadem disciplina. Sed verum est quod notum et ignotum sunt contraria; quod autem eorum sit eadem disciplina non est verum, immo est falsum.

Deinde cum dicit: rursum. In parte ista ostendit hoc idem de propositione negativa universali. Dicit autem rursum secundum in propositione privativa: nam si probatur omnium contrariorum non esse unam disciplinam, aut omnium oppositorum, aut quoniam aliquorum contrariorum est eadem disciplina, ut sanativum et egrotativum, id est, contra hanc propositionem nullorum contrariorum est eadem disciplina potest esse instantia universalis et particularis, universalis quidem ex prima figura, particularis autem ex tertia; per primam figuram sic: omnium oppositorum est eadem disciplina; per tertiam figuram sic: sanativum et egrotativum est eadem disciplina, sed sanativum et egrotativum sunt contraria, igitur aliquorum contrariorum est eadem disciplina.

Deinde cum dicit: contrarium autem. In parte ista probat tantum in hiis duabus figuris fieri instantiam, et duo facit. Nam primo ostendit quomodo debet sumi medium ad inferendum instantiam. Secundo concludit propositum principaliter, ibi: nam ex quibus. Dicit igitur quod superius quesitum est quibus propositionibus volentem instare universaliter necesse est pervenire ad universale contra propositionem. Nam si aliquis velit instare, debet sumere medium universalius subiecto illius propositionis contra quam debet fieri instantia, ut si probat non omnium contrariorum esse eandem disciplinam, sumptum ad instandum contra istam negativam, debet accipi pro medio omnium oppositorum esse eandem disciplinam, et sic fiet syllogismus per primam figuram. Nam hoc medium est universalius eo quod est ex parte subiecti; sic omnium oppositorum est universalius quam omnium contrariorum. Sed volenti instare particulariter per tertiam figuram sumendum est medium particularius subiecto illius propositionis contra quam debet fieri instantia, ut si contra istam propositionem debet fieri instantia particularis, scilicet quod omnium contrariorum sit eadem disciplina, sumendum est pro medio notum et ignotum, ut sic fiet syllogismus per tertiam figuram.

Deinde cum dicit: nam ex quibus. In parte ista concludit propositum, scilicet quod instantia fiat tantum in hiis duabus figuris, tamen tendit tales rationes. Instantia est tantum syllogismorum oppositorum, ut affirmativorum et negativorum; sed syllogismi oppositi contradictorii fiunt tantum per primam et per tertiam figuram, quia syllogismi affirmativi non fiunt per secundam figuram; igitur tantum in hiis figuris contingit instantia. Hoc est ergo quod dicit quod ex quibus est syllogizare contraria, ex hiis conamur dicere instantias; quare ex hiis solis figuris afferimus, scilicet instantias, quia in solis hiis figuris fiunt oppositi syllogismi.

Deinde cum dicit: per medium autem. In parte ista ostendit quod in secunda figura non fit instantia, dicens quod per medium autem non fit affirmativa instantia. Amplius si sit ratione indiget pluribus, hoc est quod est per medium, id est si instantia fiet per mediam figuram indiget conversione, ut si aliquis non concedit a inesse b eo quod non sequitur c; hoc enim patet per propositiones manifestas, id est si quis velit instare contra istam propositionem omne b est a per secundam figuram, sumendo pro medio ipsum c, dicendo sic: nullum a est c, omne b est c, igitur nullum b est a; tunc propositio huius syllogismi non contradicit propositioni per se sed conversa. Hec autem non requirit instantia. Nam neque affirmativa conclusio adhuc adheret quod infertur instantia; sed statim ex hac propositione opposita manifestatur. Tunc ex hoc concludit propositum, dicens quod argumentum superius assignatum non est ex hac sola secunda figura, quare argumentum assignatum semper est affirmativum; secunda figura non syllogizat affirmativum.

Queritur autem utrum instantia possit fieri per secundam figuram. Dicendum quod duo videntur esse de ratione instantie: primum est oppositio et contradictio. Et quia affirmativo non opponitur affirmativa sed negativa, ideo affirmativa et negativa requiruntur ad instantiam. Secundum est quod ipsa instantia contradicat directe oppositioni contradictorie. Ista duo non reperiuntur in secunda figura simul directe. Nam per secundam figuram non potest syllogizari affirmativa; ideo per ipsam non potest fieri instantia contra negativam, quia nulla opponitur negative nisi affirmativa. Rursum licet negativa concludatur in secunda figura, et ex hoc habeat instantiam contra affirmativam, non tamen directe affirmative opponitur negativa prout fit, sed oportet tales negativas converti ad hoc quod directe opponantur, ut si fiat talis syllogismus affirmativus: omnium oppositorum est eadem disciplina, omnia contraria sunt opposita, igitur omnium contrariorum est eadem disciplina. Si debet fieri instantia contra maiorem propositionem huius syllogismi per secundam figuram, hec non potest fieri directe nisi convertatur negativa. Nam syllogismus instantie formabitur sic contra istam in secunda figura: nulla disciplina est oppositorum, omnia contraria sunt opposita, igitur sequitur quod nullorum contrariorum sit eadem disciplina. Maior autem propositio huius syllogismi non contradicit directe minori alterius syllogismi, sed si convertatur, erit directe instantia contra ipsam. Nam nullorum oppositorum est eadem disciplina; ista directe opponitur huic: omnium oppositorum est eadem disciplina. Ex quo patet quod in secunda figura non fit instantia affirmativa et si fit negativa

Hic tamen non est directe, sed per eius conversionem. Deinde cum dicit: Perspiciendum autem. In parte ista ostendit esse diversas acceptiones et modos instantie. Unde ait: perspiciendum autem est et de aliis instantiis, ut de hiis que sunt ex contrario. Perspiciendum est et de aliis et de hiis que sunt ex sillogismis, scilicet oppositorum, et multum est videndum si particularis instantia possit fieri per primam figuram et negativa, sic universalis possit fieri per secundam figuram. Summa: ad omnia ista est perspiciendum si volumus sumere omnes acceptiones et omnes modos instantie. Est autem considerandum quod loquendo de instantia in communi secundum quod non dicit contrarietatem propositionis nec oppositionem vel contradictionem eiusdem de eodem, dicitur per aliquas figuras universales vel particulares. Sed si volumus loqui de instantia in particulari, oportet facere diversos modos et diversas acceptiones. Nam contingit instare per locum ab opposito, per locum a contrario, item per locum ab auctoritate. Amplius possibile est fieri instantiam particularem non solum per primam figuram sed etiam per tertiam figuram, et negativa potest fieri per secundam figuram. Et ideo si quis vellet determinare de omnibus istis, adhuc oporteret omnia perspicere etc.

Deinde cum dicit: Verisimile autem. In parte ista, ut dicebatur, philosophus determinat de tertio defectu sillogismi supposito ex parte premissarum, scilicet de enthimemate. Et circa hoc duo facit. Nam primo investigat partes positas in diffinitione enthimematis, secundo diffinit ipsum enthimema ex talibus partibus, ibi: Enthimema. Primo ergo propter primum est sciendum quod in diffinitione enthimematis ponuntur duo, scilicet verisimile et signum. Ideo ostendit quid sunt ista duo, dicens verisimile autem et signum non idem est, sed verisimile est propositio probabilis. Nam quod aliqui sciunt in pluribus sic esse vel fieri, vel non fieri, aut sic esse aut non sic esse, hoc appellatur verisimile, ut odire invidentes, ut in pluribus contingit, et diligere amantes, sic se habet etiam in pluribus. Signum autem vult esse demonstrativa propositio vel necessaria vel probabilis. Hoc enim signum habet apparere ut sit propositio necessaria vel probabilis. Nam quo existente vel quo non existente, vel quo facto prius vel posterius factum est res, hoc est signum, nam aut esse aut fuisse aut quando erit, super istorum sunt signa.

Est autem considerandum quod signum habet se in plus quam verisimile. Nam signum dicitur tam de propositione probabili quam de propositione necessaria, sed verisimile non dicitur nisi de propositionibus probabilibus. Qualiter tamen distinguantur verisimile et signum, et quomodo ponuntur in diffinitione enthimematis, in alia lectione patebit. Circa istam lectionem queritur utrum quod ponitur verum elenchus sit idem quod instantia sillogismi. Et videtur quod sic, quia illa que diffiniuntur per eandem diffinitionem sunt eadem, etiam diffinitio et diffinitum dicunt unam et eandem rem. Sed contradictio et oppositio ponuntur in diffinitione elenchi et in diffinitione sillogismi instantivi. Ergo videtur quod unum non differat ab alio. Preterea isti duo sillogismi differunt materialiter aut formaliter; non materialiter, quia in eisdem terminis et in eisdem propositionibus potest fieri elenchus et sillogismus instantivus; non formaliter, quia partes posite in diffinitione sunt forme. Cum ergo predicti sillogismi conveniant in una diffinitione, cum elenchus sit sillogismus contradictionis et etiam sillogismus instantivus, ergo videtur quod formaliter conveniant. In oppositum est, quia elenchus est proprie sillogismus dyalecticus, sed sillogismus instantivus pertinet magis ad demonstrationem. Unde in libro Posteriorum determinatur de instantia. Dicendum quod circa duo declarare oportet propositam questionem. Nam respondetur quomodo isti duo sillogismi, scilicet elenchus et sillogismus instantivus, differunt ad invicem; secundo ex hoc declarabitur quomodo differunt in isto libro et quare hic solummodo determinetur de sillogismo instantivo. Propter primum est sciendum quod inter elenchum et sillogismum instantivum quantum ad presens due differentie assignari possunt, quia una sumitur ex parte materie et alia ex parte forme. Prima declaratur sic: nam ratione elenchi proprie competit opponenti. Nam opponens proprie ducit respondentem ad redarguitionem. Cum ergo elenchus sit sillogismus redargu-tionis vel contradictionis, ad ipsum spectabit uti tali sillogismo ad quem spectat ad redarguitionem vel ad contradictionem deducere. Et quia tamen hoc pertinet ad opponentem, ideo ratione ipsius elenchi forma spectabit ad opponentem. Ratione autem sillogismi instantivi magis pertinet ad respondentem. Nam respondens habet instare, et instantia fit contra opponentem. Ad quemcumque ergo pertinet instare, ad illum eundem pertinet uti sillogismo instantivo. Et quia hoc spectat ad respondentem, ideo sillogismus instantivus sumitur respectu respondentis. Ergo formaliter ideo utriusque sillogismi est alia et alia ratio. Ideo ista differentia est sumpta ratione forme. Secunda sumitur magis ratione materie. Nam elenchus est sillogismus contradictionis tantum respectu conclusionis, quia cum talis sillogismus fiat contra respondentem, ideo respondens non dicitur duci ad contradictionem nisi concludatur contradictorium propositi contra eum datis. Sed sillogismus instantivus vel ipsa instantia non solum est contradictio respectu conclusionis sed etiam respectu premissarum. Nam respondens non solum potest instare contra conclusionem sed etiam contra premissas. Unde cum philosophus diffiniat hic instantiam, posuit contradictionem, ideo diffinitionem diffinivit eam per comparationem ad propositionem, dicens instantiam esse contrariam propositionem propositioni. In plus ergo se habet instantia quam elenchus. Nam deductio que est instantia potest fieri respectu plurium quam contradictio que est elenchus. Sed hec autem ratio dicitur esse sumpta ratione materie, quia in propositionibus contra quas potest fieri instantia [illegible] ex contradictione fit elenchus. Unde spectare ad materiam sillogismi, sed diversa consideratio istorum pertinet ad formam eius, ut iam dictum est.

Et hoc patere potest quomodo diversimode determinatur de instantia hic et in aliis libris logice. Nam in octavo Topicorum determinatur de instantia ut est utilis in dyalectica exercitatione, quomodo potest fieri instantia contra rationem opponentis. Alio vero Posteriorum fit mentio de instantia secundum talem modum ut contingit instare ulterius. Unde idem dicitur quod non est instantia pertinens in doctrinalibus vel in scientiis demonstrativis. Et in isto libro Priorum determinatur de instantia in communi, ut potest applicari tam ad sillogismum dyalecticum quam ad demonstrativum. Ad rationem autem in contrarium: satis soluta sunt per ea que dicta sunt in corpore questionis. Nam alio modo sumitur contradictio in uno sillogismo quam in alio, sicut determinatum fuit in prima ratione, per quod solvitur prima. Rursus patet differentia materialiter et formaliter, ut dicebatur in secunda ratione, per quod solvitur argumentum finale.

Enthimema ergo. Postquam philosophus investigavit que sunt ille partes que sunt posite in diffinitione enthimematis, in parte ista diffinit ipsum enthimema ex predictis partibus. Et tria facit. Nam primo facit quod dictum est. Secundo docet quomodo enthimema habet fieri per omnes figuras. Tertio assignat differentiam inter signum et prodigium et verisimile, ibi: Accipitur autem; tertia ibi: Differt autem. Primo ergo dicit: Deinde est quod sit signum et verisimile, sicut que sunt partes enthimematis, et quia quodlibet totum componitur ex suis partibus, ergo enthimema est sillogismus constans ex verisimilibus et ex signis. Queret autem aliquis utrum enthimema sit sillogismus constans ex verisimilibus et ex signis. Et videtur quod non, quia quod non est sillogismus non habet esse ex verisimilibus neque ex signis, sed enthimema non est sillogismus, cum sibi deficiat una propositio, ergo etc. In oppositum est philosophus. Dicendum quod ad declarationem istius questionis duo videnda: primo quomodo enthimema sit sillogismus, secundo quomodo constet ex verisimilibus et ex signis. Propter primum est sciendum quod hic determinatur de enthimemate, scilicet quod reducatur ad sillogismum, et quia aliter habet differentiam eo modo quo determinatur de ipsa, ideo oportet quod hic diffiniatur enthimema secundum quod reducatur ad sillogismum, quia sub ista ratione determinatur de ipso in isto libro. Et quia enthimema ut reducitur ad sillogismum est perfectus sillogismus, ideo diffinitur hic tamquam brevis sillogismus, vel possumus dicere quod enthimema

ut habetur videlicet sillogismi in prima diffinitione, et quia ideo deficit una
propositio. Unde est sensus quod enthimema est sillogismus imperfectus constans
ex ycotibus et ex signis. Propter quod est sciendum quod enthimema
est instrumentum rethoris, proponentis aliquam materiam in populo. Et quia
populus non potest percipere nec attendere extensa, ideo oportet enthimema
quo utitur rethor cum sermonatur in populo esse formatum ex quibus-
dam signis extrinsecus apparentibus. Hec tamen signa distinguuntur,
quia aliqua sunt sicut probabilia vel sunt significativa aliquorum probabilium
et ad hec talia signa ycotes appellantur. Aliqua vero talia
signa sunt quandoque necessaria vel expressiva alicuius necessitatis et
quantum ad hoc vocantur demonstrativa. Ideo hec duo ponuntur in dif-
finitione enthimematis cum dicitur quod enthimema est sillogismus ex ycotibus et
ex signis, ut per ycotibus solum accipiantur probabilia, per signis
vero accipiantur accidentia in convenientia quadam necessitatis. Nam sicut
diximus supra et adhuc dicetur, signum habet se in plus quam ycos,
dicit solum probabilia. Signum vero dicit probabilia et quantum ad hoc conve-
nit cum ycotibus, dicit et necessaria, et quantum ad hoc convenit aliquo
modo cum demonstrationibus. Unde quandoque signum vult esse demonstrativa
propositio vel probabilis vel necessaria ut dicitur in littera. Amplius autem quecumque
ad ... solum poriste habent declarare de exemplo et de enthimemate
et utrum quod non. Quare et rethor declarat de hiis argumentis. Ergo
non solum poriste de talibus declarabit. Dicendum quod aliud
est declarare de aliqua re per se et ex propria consideratione et aliud
est declarare de illa re ex consequenti et per accidens. Nam sicut philosophus
vi. topicorum, quibus diffiniuntur contraria et consignificata. Cum enim cognitio
unius contrarii dependeat ex cognitione alterius et cognitio obliqui
dependeat ex cognitione recti, eo quod obliquum habet rationem pri-
vationis respectu recti, et unum contrarium habet rationem privacionis respectu
alterius. Et quia privatio non cognoscitur nisi per habitum, oportet cum quis habet
cognitionem de re perfecta et habere cognitionem de imperfecto
ut ab illa perfectione deficit. Cum ergo porista tradat ar-
tem de sillogismo perfecto, ad eum spectabit declarare de exemplo
et de enthimemate ut deficiunt a perfectione sillogismi. Cum ergo
queritur utrum solus porista debeat declarare de exemplo et de en-
thimemate, dicendum quod declarare de talibus per se et ex propria consi-
deratione solum pertinet ad rethorem. Sed declarare de ta-
libus ut deficiunt a ratione a ratione sillogismi simpliciter, sic perfecta
spectabit ad poristam, quia non spectabit ad aliquam aliam arti-
ficem, nec ad aliquam aliam librum nisi ad istum. Nam sicut decer-
minare de sillogismo simpliciter consideratio solum pertinet ad po-
ristam, ita declarare de defectibus qui per se conveniunt huic
sillogismo opponuntur solum spectat ad eius tractatum notitiam.
Deinde cum dicit accipitur. In parte ista ostendit in quibus figuris habet fieri
enthimema et quomodo fiat. Nam primo facit quod dictum est. Secundo declarat
quomodo contingit enthimema habere fieri in tribus figuris, ibi sapiens ergo cum
una quidem. Circa primum tamen facit quod in tribus figuris docet concludi
enthimema. Nam primo docet hoc in prima figura, secundo in tertia, tertio
in secunda, ibi quoniam autem. Tertia ibi peperisse autem. Dicit ergo quod signum
quod ponitur in diffinitione enthimematis accipitur tripliciter, quia sic accipitur
medium in figuris. Nam aliquando medium accipitur in prima figura, aliquando in media,
aliquando in tertia, ut ostendit quidem peperisse ex hoc medio quod est habere lac
fieret per primam figuram. Apparet hoc, est maior extremitas in quo a. lac
vero habere quod est medium est in quo b. mulier autem que est minor extremitas
est in quo c. Formabitur ergo sic enthimema: hec mulier habet lac,
ergo peperit. Maior enim propositio retinetur in mente tamen non profertur.
Unde si feratur maior propositio reducetur ad sillogismum dicendo sic: omnis
mulier habens lac peperit, sed hec habet lac, ergo peperit. Et
autem considerandum quod signum est medium in enthimemate, nam ut dictum est signum

videlicet in se probabilia et necessaria vel saltem est signativum talium. Ideo
docet consequenter variari ipsum signum in figuris quoties variatur ipsum medium.
Medium autem variatur triplex secundum triplicem figuram, ideo oportet signum tripliciter dici.
Amplius autem considerandum philosophum hic declarare de enthimemate sed quomodo redu-
catur ad sillogismum, ideo magis docet formare sillogismum quam enthimema.
Deinde cum dicit quoniam autem. In parte ista docet declarare in tertia figura
dicens quoniam autem sapientes sunt studiosi, id est hec conclusio, scilicet quod sapientes
sunt studiosi, id est hec conclusio concluditur per hoc medium Pittacus est stu-
diosus, hoc fiet per tertiam figuram. Sit ergo in quo a. studiosum
maior extremitas, in quo b. minor extremitas sit sapiens, in quo c.
sit Pittacus. Tamen ergo est a. et b. de c. medio predicatum, sed hoc quidem
non dicunt eo quod palam est, id est notum, sumunt id est omittunt maio-
rem extremitatem quod faciunt enthimema. Minorem vero accipiunt, sed si
enthimema reducatur ad sillogismum tunc utraque propositio exprimetur per
tertiam figuram dicendo sic: Pittacus est studiosus, Pittacus est sa-
piens, ergo sapiens est studiosus. Deinde cum dicit peperisse
autem. In parte ista docet quomodo enthimema reducatur ad
sillogismum per secundam figuram. Dicit autem peperisse autem quoniam pallida vult
esse per mediam figuram. Nam quoniam parientes sequitur pallor, secundum autem et hanc,
nam arbitrantur esse ostensum quoniam mulier peperit. Pallor
in quo a. peperisse in quo b. in quo vero c. sit mulier, dicendo sic per
secundam figuram: Quecumque peperit est pallida, hec mulier est pallida,
ergo hec mulier peperit. Est autem considerandum preter sillogismum forma-
tum in secunda figura non concludit necesse fore sillogismum, eo quod in secunda figura
ex puris affirmativis non sequitur formaliter. Sed si autem sillogismus fiat ex puris
affirmativis in secunda figura habebit aliquam apparentiam. Hic est ergo multa argu-
tiora in quibus arguitur. Cum ergo autem a signo de quo loquitur philosophus hic
habeat omnes affirmativas non potest fieri per secundam figuram formaliter. Ideo
unde philosophus dixit supra argumentum a signo non posse fieri ex hoc
sola figura. Hec tamen est dat intelligere hic. Nam non dicit hic sillogismum
simpliciter esse in secunda figura, sed dicit quod vult quidem esse, id est habet aliquam ap-
parentiam. Nam si pallor sequitur omnes parientes, oportet quod quecumque se-
quitur hunc parientem. Unde habet aliquam apparentiam quod si quecumque pe-
perit est pallida, et hec est pallida, quod hec mulier peperit. Convenit
autem ad hoc ut parientes sequitur pallor. Secundo quod pallor
videtur contingere per regressum sanguinis ab extremis. Unde videmus
homines timentes pallescere eo quod natura conciliat se
in precordiis trahit sanguinem ad magis necessaria ut ad cor,
quatenus corde calefacto possit homo magis viriliter aggredi
bellorum pericula, ut se non timeat, sed se in pavide habeat
contra inimicos. Signum pallor contingit ex regressu sanguinis ab exterioribus
exterioribus, oportet quod pallor sequatur parientes. Nam in mulieribus pre-
gnantibus et parientibus sanguis convertitur in cibum et in lac. Nam
lac non est aliud nisi sanguis dealbatus in mamillis. Hanc videlicet
videtur tangere philosophus in nono de animalibus ubi ait quod mulieres post
impregnationem non emittunt sanguinem sed transit in cibum et va-
dit ad mamillas et fit lac. Et si impregnatio fuit mas-
culus apparebit motus in dextera mamilla in xl. diebus. Si
vero impregnatio fuit femella apparebit hic motus in sinistra
mamilla in lxxx. diebus. Et sciendum quod hec de causa mu-
lieres post impregnationem gravantur nimis et oculi eorum obstru-
untur et pallescunt. Deinde cum dicit ergo si una. In parte
ista ostendit quomodo contingit fiat enthimema in pluribus figuris et duobus. Sed
nam primo ostendit quomodo contingit fiat enthimema et sillogismus. Secundo declarat quomodo
contingit fiat unum enthimema in hiis tribus figuris, ibi. Unde per
primam. Dicit ergo quod si una quidem propositio dicatur signum est, id est si proferatur
tantum una propositio erit enthimema. Si autem assumatur altera erit sillogismus,
ut si dicatur sic: Pittacus est ambitiosus, ergo est liberalis. Est en-

thimema. Sed si dicatur sic: omnes ambitiosi sunt liberales, Pittacus est ambitiosus, ergo est liberalis, erit sillogismus. Et hoc modo est dictus iste sillogismus enthimema per primam figuram. Si vero dicatur sic: Pittacus est sapiens, ergo sapientes sunt studiosi, erit enthimema cui non fiat altera propositio, et dicatur sic: Pittacus est studiosus, Pittacus est sapiens, ergo sapientes sunt studiosi, erit sillogismus qui erit dictus medius utique per tertiam figuram. Deinde cum dicit: nec per primam. In parte ista declarat quod licet unum enthimema differat ab alio per partes figurarum, unum autem verum quod fit per primam figuram insolubile est, id est enthimema quod fit per primam figuram est insolubile neque eo quod assumat alteram propositionem universalem; quod autem fit per tertiam figuram est solubile quamvis conclusio possit esse vera, eo quod non est universalis, nec ad rem, id est enthimema factum in tertia figura est solubile et non necessarium eo quod non est ex universalibus et ultimo non est ad rem, quia concludit particulare per premissas singulares. Nam si Pittacus est studiosus et sapiens, non propter hoc sequitur alios sapientes esse studiosos, et sapiens, non propter hoc sequitur alios studiosos esse sapientes. Et non fit per mediam figuram ipsum, quoniam est solubile eo quod sic existentibus terminis nunquam fit sillogismus, id est nunquam fit sillogismus in secunda figura ex puris affirmativis. Unde sumatur in secunda quod quecumque peperit est pallida, hec autem est pallida, ergo peperit. Est autem considerandum quod si fiat enthimema sive sillogismus in quo reducatur enthimema [illegible] istis terminis signorum sumendo signum per medium, sillogismus factus in prima figura habebit istum ordinem terminorum sillogismorum factorum in secunda et tertia figura, quia sillogismus factus in prima figura dicitur esse insolubilis [illegible], quia cum accipiat universalem propositionem precise habet quandam necessitatem. Sed sillogismus factus in tertia figura licet possit habere conclusionem veram, non tamen habet eam ex necessitate nec est ad rem; non habet enim necessitatem quia non assumit aliquam propositionem universalem, ut patet in sillogismo superius facto. Nec dicitur esse ad rem quia ex premissis singularibus concludit conclusionem particularem, ut si ex hoc signo: Pittacus est studiosus et est sapiens, concludatur quod omnes sapientes sunt studiosi. Sed sillogismus factus in secunda figura nullo modo concludit quamvis habeat quandam apparentiam ratione terminorum in quibus arguitur, sed non concludit, sed fallit cum procedat ex puris affirmativis. Deinde cum dicit: [illegible]. In parte ista ponit differentiam inter signum et prodigium et duo facit. Nam primo facit quod dictum est, secundo docet cognoscere ipsum prodigium, secunda ibi: naturas autem cognoscere. Dicit ergo quod [illegible] signum proprie reperitur in prima figura, et talis ex quibus concluditur sic dicitur esse signum quod horum signorum medium prodigium dicitur esse. Nam dicit esse prodigium quod facit scire tale aliquid quod facit scire et maxime medium; quod autem sunt ex extremitatibus signum dicitur esse, id est ipsa extrema possunt appellari signa communi nomine, sed id quod est ex medio dicitur prodigium, eo quod est maxime probabilissimum et maxime verum in hoc fit per primam figuram. Queret aliquis utrum conveniant ista tria, scilicet ycos, signum et prodigium. Dicendum quod ex predictis illa tria [illegible] possunt eligi in ista tria; vero ei possunt differre quantum ad communitatem et specialitatem, secundo quantum ad necessitatem et quantum ad probabilitatem, et tertio quantum ad medietatem et quantum ad extremitatem. Primo ergo differunt quantum ad communitatem et quantum ad specialitatem, nam ycos dicitur solum de probabilibus et de hiis que habent quandam probabilitatem apparentem; prodigium vero dicitur tamen de necessariis et de hiis que inducunt quandam necessitatem. Signum autem dicitur communiter de prodigiis et ycotibus. Sed quia non habent nomen quo possunt sic appellari ut dicitur de uno et de alio, optinuit quod non esse vocatur signum. Differunt ergo signum a prodigiis et ycotibus sicut commune a speciali. Nam ut dictum est signum videtur esse quoddam commune ad ista duo.

Secundo differunt quantum ad necessitatem et quantum ad probabilitatem. Nam prodigia non dicuntur quecumque signa, sed dicuntur signa evidentia et inducentia quandam necessitatem. Sed ycos appellatur solum signum probabile. Non tamen signum videtur se magis tenere cum probabilibus et communibus quam cum evidentibus et necessariis. Unde Themistius talia facta que sancti faciebant signa et prodigia, ut per signa intelligerent quedam communia et probabilia, per prodigia vero intelligerent quedam ardua et quedam necessaria et tamen quedam evidenti necessitate facta. Nam sicut habetur nomen proprium dicitur de differentia et de accidente speciei, magis tamen nomine proprio intelligimus accidens speciei ut risibile quam intelligamus differentiam sicut rationale, sic et signum possit dici de necessariis et de arduis et de probabilibus et de communibus et de evidenter factis. Magis tamen nomine signorum intelligens quedam communia et quedam probabilia, nomine autem prodigiorum intelligimus quedam ardua et quedam necessaria et tamen quedam magis evidentia facta. Tertio differunt quantum ad medietatem et quantum ad extremitatem. Nam prodigium dicitur habere medium. Nam medium est quod facit necessario sequi aliud, quia posito medio necessario ponitur extrema, quia medium participat de utroque extremorum. Ita positis mediis que sunt prodigia necessario evenit aliquid. Sed signa communiter sumpta dicuntur extremitates. Nam positis extremitatibus medio non invento non de necessitate sequitur aliud. Ideo quod invenire medium est quod positis signis communiter acceptis non de necessitate sequitur aliud sed probabiliter tamen. Hec ergo de eo philosophus dicit prodigia habere rationem medii. Sed signa communiter sumpta dicuntur habere rationem extremorum. Quod licet autem possumus ista cognoscere ex naturis rerum, infra declarabitur. Deinde cum dicit: naturas autem. In parte ista docet cognoscere ipsa signa que sunt prodigia, et hoc quomodo fiat. Nam primo proponit naturales passiones posse cognosci per aliqua signa, secundo distinguit de ipsis passionibus, et tertio adaptat ipsa signa inventa et prodigia cognita ad demonstrationem. Secunda ibi: signum; tertia ibi: est ergo. Dicit ergo quod naturales passiones cognoscere per hec signa est possibile, si quis concedat huiusmodi passiones simul transmutare corpus et animam, et tales passiones dicunt esse totius coniuncti. Nam si aliquis dicat musica inmutavit animam secundum quod et secundum partem et hoc immutatio secundum non eorum que nobis naturales insunt passiones, sed ut ire et concupiscentie sunt passiones naturalium motuum. Est autem considerandum quod secundum philosophum primo de anima nulla passio est ita propria ipsi anime quin competat toti coniuncto. Nam non solum ira, gaudium, concupiscentia et huiusmodi competunt anime et corpori, sed quod intelligere maxime videtur esse proprium ipsi anime, aut est fantasia aut non est sine fantasia. Totum quod aliquo modo ipso intelligere [illegible] corporeum, per tales passiones naturales communes toti composito et transmutantes ipsum compositum possumus cognoscere signa, quia tales passiones relinquunt aliqua signa et aliqua indicia post se et post earum immutationem que possunt appellari signa. Deinde cum dicit: signum. In parte ista distinguit de ipsis passionibus, nam aliquibus competit una passio, aliquibus autem plures. Propter hoc docet cognoscere signum per unam passionem, secundo per plures. Secunda ibi: si vero habet duo. Dicit ergo quod si quis dicit esse signum unius speciei et poterit sumere propriam unius generis passionem et signum, hoc modo poterimus per naturas, id est per passiones naturales, cognoscere, ut dato quod aliquod genus in individuo vel aliqua species existat aliqua passio, ut leonibus fortitudo, necesse est eam inesse ad signum. Nam hec duo compatiuntur ad invicem, quia si est aliqua passio, oportet quod sit aliquod signum quo cognoscatur per aliquam passionem. Sit ergo hoc signum scilicet fortitudinis habere magnas summitates. Et licet hoc signum reperiatur in aliis aliquibus a leone, non tamen convertitur, id est non convertitur universaliter. Nam signum proprium est sic quod competit toti generi, sed proprie est alicuius speciei. Sicut eo modo solemus loqui de passione. Ergo ista passio que est fortitudo est in aliis aliquibus, quia erit fortis homo, fortis equus, et per consequens hec

sig° q° e hic mag^is simitates poterit ... alius alibi. istas eni passiones debemus i unu colligere et unumquodque sua ppria parte et singula gen^is attributione ... ppias esse partes potuim^s ei sig° cocludere. Est autem ... q° quauis fortitudo sit ppria passio leonis, tamen ipsa fortitudo poterit competere alius alibi. Na leone videm^s competere ... quia sicut ignis est p se calidus, ita leo videtur esse animal p se forte. Et sicut dictum est de parte ita est intelligendum de signo. Na sicut fortitudo que est i leone no est i homine, et fortitudo que est i uno animali no est i alio, ita similitudines hic que est signu fortitudinis no competit omnibus alibi eodem modo. semp ergo potuim^s concludere signa p pprias passiones, quia sicut ipse passiones distinguuntur alibi, ita et distinguuntur signa. Queret autem aliquis utrum signa et pdigia cocludantur p naturas rerum. Dicendum q° secundum philosophum p° de anima accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. ergo a posteriori ex cognitione accidentium maxime ppriorum puenimus i cognitione substantie et concludimus ipsa accidentia. na secundum commentatorem 2° de anima membra leonis no conueniunt membris ceruorum vel quia anime eorum differunt. Inspicientes ergo ab accidentibus dicimus q° aliqua accidentia conueniunt i cognitione rei ... ut est genus, quedam conueniunt i cognitione rei ... pprie q° distinctam, ut est h° i diuiduis, putativa sorte et platone. quedam vero conueniunt i cognitione ppria ... signo concludimus p accidentia ... et conuenientia i cognitione rei communiter sumpte, et dicimus concludere res p signa. Unde silli dicuntur ... arguere p signa qui arguunt p quedam communia. Si vero concludimus res p accidentia ppria et p se ... naturales secundum concludimus res p pdigia que dicuntur esse ex necessitate, quia ipse passiones ... Sic p naturas rerum potuim^s concludere distinctionem signorum et pdigiorum. na sicut ex distinctione animarum et ex distinctione forme sensibilis accipimus distinctionem membrorum et passionum et operationum naturalium, ita et q° ex distinctione ppriorum naturalium sumimus distinctionem signorum et pdigiorum. Patet ergo q° siue arguamus a priori siue a posteriori semp potuim^s concludere signa et pdigia p naturas rerum.

Deinde cum dicit. Si vero. In parte ista declarat quomodo possumus concludere signa p plures passiones. Unde ait si non totum genus sibi habet duo ppria ut leo habet forte et ... i. si hoc animal quod est leo habeat istas duas pprietates, s. q° sit forte et liberale, quomodo tunc poterimus concludere utrumque signum utriusque passionis. tunc si esset que species ... et no toti i. no i sint alio ... sed habet quandoque quidem habet quandoque vero no habet, ut si ad animal ut homo est fortis non autem liberalis habet tamen ... i. habet alterum istorum ... que signa fortitudinis que est i tali animali et i leone. Est autem ... solutionem ... consistit i hoc. nam querit quomodo possumus ... signa ... ut signa fortitudinis et liberalitatis leonis. Respondet philosophus q° debemus respicere ad alia animalia i quibus iste due passiones separantur, ut si i quodam alio est tantum fortitudo, i alio vero sit tantum liberalitas. Et signum q° concomitatur fortitudinem i tali animali ... est signum fortitudinis i leone et signum q° consequitur liberalitatem i tali animali ... est signum liberalitatis i leone. na magis similitudines hic videtur esse signum ... fortitudinis i ... ergo tale signum ... est fortitudinis i leone. Si vero no curamus de similitudine ... ad signum liberalitatis ... i homine ... est p signo fortitudinis i leone. Deinde cum dicit ... In parte ista ...

quomodo ... que ... de sillogismo p signa ... est ergo natura concludere i pma signa si medium conuertitur cum maiori extremitate et non ut signa habeat se i plus minori extremitati, ita q° non conuertatur cum eo, ut a sit fortitudo, b sit hic magis similitudines et sit medium, c autem sit leo. si ergo b. cum c. i e cum ... et no pluribus ita q° conuertatur ... fiet demonstratio p p'am figuram ... omne animal habens magis similitudines est forte. leo est animal habens similitudines. ergo leo est animal forte. nam hec signa que est habere magis similitudines ut reperitur i leone conuertitur cum ipso. alias unum signum non esset unius rei. Circa finem istius secundi libri ut habemus i summa ea que dicta sunt poterit dici q° partes principales et contemplabiles i isto secundo libro continentur. Quod est ergo q° in toto isto secundo libro continentur due partes principales. In quarum prima determinat de potestatibus sillogismorum p se et exprimentibus et declarantibus pfectionem sillogismorum. In secunda parte agitur de hiis potestatibus sillogismorum ipsis et deficientibus a pfectione prima. secunda ibi. In prima autem p se agit de potestatibus sillogismorum, que accipiunt ex parte premissarum p conuersionem ... vel ex parte conclusionum p conversiones ad premissas. Et p° i nouo h' est tripliciter, quia hic potestas aut accipitur ex parte ueritatis premissarum vel ex parte qualitatis premissarum vel ex parte quantitatis premissarum. Si uero sumatur ex parte conclusionum hec est similiter triplex, quia uel concludet opposito conclusionis pbandu p ipso sillogismo vel concludet contradictionem opposito silogismo. tota ergo ps prima istius secundi libri diuiditur i sex capitula. nam i p° capitulo ponit p° potestas que est concludere plura. In secundo capitulo ponit secunda potestas que est concludere uerum ex falsis. In tertio capitulo ponit tertia potestas que est concludere circulariter. In quarto capitulo ponit quarta potestas que est concludere conuersive. In quinto capitulo ponit quinta potestas que est concludere p impossibile. In sexto capitulo ponit sexta potestas que est concludere ex oppositis. 2a ibi. Est ergo ... tertia ibi. circulo quoque. quarta ibi. conuerte autem. quinta ibi. p impossibile autem. sexta ibi. In quibus autem figuris. Secunda autem ps principalis istius secundi libri diuiditur i sex capitula. nam deficiens p fectionem sillogismorum poterit contingere dupliciter, p° ex parte conclusionis, alio modo ex parte premissarum. nam uel conclusio non est alia a premissis uel non concludit ad propositum premissas, ut ad sillogismum oportet posse concludi ... scilicet eundem modum. Secundo poterit esse defectus ex parte premissarum, quia aut non ponuntur in similitudine aut non ponuntur in unum similiter, aut quia in una premissarum profertur, altera uero in mente retinetur. In prima ergo capitulo ... partis principalis istius secundi libri agitur de petitione principii. In secundo de non propter hoc accidere falsum. In tertio de fallacia ... oppositionis. In quarto de inductione. In quinto de exemplo. In sexto de enthimemate. In toto ergo isto secundo libro continentur iste due partes principales et xii capitula, in quibus omnibus determinat de potestatibus sillogismorum p se et imperfectis. Illi ergo sit laus et gloria in quo nulla imperfectio inuenitur, sed eius potestas est talis que nunquam auferetur et regnum eius non corrumpetur, qui cum patre et filio et spiritu sancto unus est deus benedictus in secula seculorum amen.

Explicit scriptum super librum priorum editum a fratre Augustino de Ancona doctore egregio fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini.

Isti sunt tituli questionum super librum priorum expositoris eiusdem secundum partem quo.

Utrum sillogismus simpliciter sit subiectum in tota logica.

Utrum sillogismus simpliciter sit subiectum in libro priorum.

Utrum sillogismus simpliciter sit genus ad dialecticum et ad demonstratiuum.

Utrum demonstratio habeat rationem finis.

Utrum prius sit determinandum de sillogismo simpliciter quam de demonstratiuo.

vtrum oratio differat a propositione.
vtrum debeat fieri mentio de propositione singulari
sit dealiis propositionibus.
vtrum propositio dimidia differat a propositione determinata.
vtrum propositio componatur ex terminis sicut resolvitur in terminos.
vtrum propositio sit ex eis apposito esse vel dicto.
vtrum sillogismus sit oratio vel orationes.
vtrum conclusio sit a praemissis.
vtrum conclusio sit de essentia sillogismi.
vtrum per omnem modum sit idem esse in toto et
dici de omni.
vtrum esse in toto impertet totum ordinem sil
logisticum sicut dici de omni.
vtrum in quolibet sillogismo est propositio universalis in illo debe
at esse dici de omni.
vtrum dici de omni sit principium formale sillogismi vel principium
materiale. [divisio]
vtrum conversio fiat in terminis vel in propositionibus sicut in
vtrum una propositio possit converti in aliam.
vtrum ex parte sit necessarium quod nulla voluptas sit
bonum.
vtrum universalis negativa convertatur universaliter in terminis.
vtrum universalis affirmativa convertatur universaliter.
vtrum particularis negativa convertatur.
vtrum hic sit declarandum de conversione propositionis
indefinite.
vtrum sit bona consequentia quando oppositum consequentis
repugnat antecedenti.
vtrum sit bona consequentia quando oppositum consequentis
oppositi antecedentis.
vtrum particularis negativa possit converti secundum aliquem modum.
vtrum propositiones de inesse convertuntur secundum aliquem modum quam
de necessario.
vtrum convertatur universalis negativa de necessario.
vtrum contingens accipiatur duobus vel tribus modis.
vtrum contingens possit esse necessarium.
vtrum per necessarium non esse intelligatur negativa de conti
gentis necessario.
vtrum contingens ad utrumlibet habeat notitiam per esse
in pluribus et per esse in natura. [terminis]
vtrum conclusio sillogismi possit concludi in magis quam ex ter
vtrum maior extremitas habet in se totum terminum medium.
vtrum comparatio duplex convertibilitatis cum nulla earum sit necessaria.
vtrum sequatur ad ipsa forma ex premissis negativis.
vtrum sequatur ad ipsa figura in omni extremitate necessaria.
vtrum sequatur conclusio in prima figura ex maiori particulari affirmativa.
vtrum terminum debeat sumi per minorem extremitatem ad in
veniendum dici de omni et nullo in esse.
vtrum hic sit necessarium quod prima secundum ad antecedentem sicut ad consequens.
vtrum ex terminis particularibus possit fieri sillogismus.
vtrum differunt medius extremitas ut constitu
unt primam et secundam figuram.
vtrum ex ambabus negativis sequatur ad ista figura.
vtrum possit inveniri sicut in omni ex maiori extremitate
nota universali negativa.
vtrum per particularem negativam possit accipi universalis.
vtrum sillogismi fiunt in secunda figura sicut perfecti.
vtrum oportebat ad sciendum secundum medium in quo conveniunt
extrema ut conveniunt in se.
vtrum oportebat ad sciendum fiat sillogismus ex maiori
universali affirmativa et minori negativa in tertia figura.
vtrum modi particulares tamen sicut perfecti per impossibile.
vtrum in tertia figura sumi debeat esse conclusio particularis.
vtrum modi tertie figure debeat esse sex.
vtrum modi universales secunde figure possit reduci per impossibile.
vtrum modi particulares prime figure sit perfecti per se et
per universales.
vtrum omnes sillogismi imperfecti habeant perfici per modos
universales prime figure.
vtrum ex divisione propositionis sequatur divisio sillogismi.
vtrum particularis negativa possit reduci per universalem.
vtrum modi ex propositionibus necessariis reducuntur
per impossibile.
vtrum ex maiori de inesse et minori de necessario sequatur
conclusio necessaria.
vtrum ad sillogismum possit dici mixtus.
vtrum ex assertione necessaria et minori de inesse sequatur conclusio necessaria.
vtrum mixtio huius locum in quarto in prima figura.
vtrum in tertia figura ex universali negativa de necessario et ex
universali affirmativa de inesse sequatur conclusio necessaria.
vtrum ex parte sit necessarium quod esse aliquem sit susceptivum
sompni et vigilie.
vtrum conclusio debeat esse similis alicui premissarum.
vtrum post necessarium sit declarandum de contingenti.
vtrum contingens diffiniatur per non necessarium et per non impossibile.
vtrum necessarium dicatur equivoce contingens.
vtrum propositiones de contingenti convertantur in oppositum qualitatis.
vtrum contingens dicatur pluribus modis. [conversio.]
vtrum ex contingenti nato vel ut in pluribus fiat demonstratio
vtrum ad veritatem propositionis requiratur actualis extrema
tionem. [sillogismus.]
vtrum ex universalibus propositionibus de contingenti fiat verus
vtrum medium possit esse in plus quam maior extremitas.
vtrum ex propositionibus de contingenti ad utrumlibet fiat sillogismus.
vtrum ex maiori de inesse et minori de contingenti seque
tur conclusio contingens.
vtrum sillogismi habentes maiorem de inesse dicantur imperfecti.
vtrum aliquo modo extrema sequatur ad. [sesunt]
vtrum conclusio sit necessaria vel per se sicut premisse [necessarie.]
vtrum possibili posito in esse id quod sequitur sit impossibile.
vtrum maior propositio de contingenti possit esse falsa non
tamen impossibilis.
vtrum mixtio sit habenti contingentem. [conclusio contingens.]
vtrum maior debeat esse de inesse simpliciter ut sequatur
vtrum sillogismi habentes maiorem de inesse et minorem de con
tingenti perficiantur per impossibile.
vtrum ex maiori affirmativa de necessario et ex minori de
contingenti sequatur conclusio de inesse. [de omni.]
vtrum probatio per impossibile sit per deductionem illam quae est per de
vtrum ex maiori necessaria et minori de necessario sequatur
conclusio de inesse. [simul de necessario cum illa de contingenti]
vtrum ex maiori concludatur conclusio necessaria.
vtrum ex premissis contingentibus fiat sillogismus in secunda figura.
vtrum sit impossibile universalem affirmativam converti in terminis.
vtrum universalis propositio de contingenti possit duplex falsificari.
vtrum universalis negativa de contingenti convertatur in terminis.
vtrum sillogismus factus ex premissis contingentibus in secunda figura possit re
duci ad primam figuram. [possit probari per impossibile.]
vtrum sillogismus factus ex ambabus de contingenti in secunda figura.
vtrum oportebat necessariam esse de inesse ut sequatur conclusio in secunda figura.
vtrum extremitate necessaria de inesse affirmativa non conversa sequatur
conclusio in secunda figura.
vtrum si universalis negativa de contingenti converteretur in terminis
posset fieri sillogismus ex premissis contingentibus in secunda figura.
vtrum ex oppositis contingentibus necessaria de inesse possit inferri oppo
nitorum affirmativa de contingenti. [et extremitatis de contingenti]
vtrum conclusio necessaria de inesse possit sequi ex minori de necessario.
vtrum oportebat naturam semper esse universalem necessariam ut sequatur conclusio.
vtrum particularis negativa contingens ad utrumlibet convertatur in terminis.
vtrum in utraque contingentibus possit fieri sillogismus in tertia figura.
vtrum quilibet modus tertie figure reducatur per impossibile. [maior]
vtrum ista propositio sit necessaria omnis equus aliquis necessario est sompnus
vtrum determinatio vel divisio possit uti sillogismo mixto.
vtrum omnis sillogismus sit ostensivus vel ex hypothesi.
vtrum affirmatio et negatio universalis et particularis faciat
diversitatem in figura.
vtrum ordo sillogisticus necessario requirat duas propositiones.
vtrum primum consequens solum in medio extremitatis concludatur conclusio.
vtrum per medium propria utriusque extremitatibus possit concludi ex
extremitas de extremitate.
vtrum sint tantum tres figure.
vtrum nullum impossibile sit contrarium secundum naturam pluribus.
vtrum unum particulare possit concludi per ad.
vtrum in pluribus equalitatis dicatur aliquid convertatur per propria propositio.
vtrum conclusio universalis requirat duas premissas universales.
vtrum possit fieri sillogismus sine propositione universali.
vtrum unica conclusio possit concludi per plura media.
vtrum sit aliqua propositio preter necessarias.
vtrum conclusio habeat rationem necessitatis per premissas.
vtrum per additionem unius termini propositiones prosillogismi sunt infinite.
vtrum conclusio sit plures propositionibus et terminis.
vtrum omnis sillogismus habeat formam tantum in tribus terminis.
vtrum ista sit probatio principii album esse [illegible]
vtrum genera generalissima sit aliquid prius.
vtrum veritas sit conclusionis sicut vel principii.
vtrum figura universalis possit addi ad principium.
vtrum extrema conveniunt in medio debeat convenire inter se.
vtrum medium ad concludendum particularem affirmativam sit antecedens ad principium
tum et ad sibi. [negationes]
vtrum in figura de inventione medii inveniantur nove conclusiones
vtrum figura universalis possit addi terminus singularis.
vtrum ens et unum possint esse medium ad concludendum aliquid per se.
vtrum ex medio convertibili ad principium et ad sibi fiat sillogismus.
vtrum in omni sillogismo medium sit similiter idem vel diversum.
vtrum debeamus invenire medium convertibile ad necessariam.
vtrum convertibile sit sicut pluries antecedentem.
vtrum esse quod convenit ostensive demonstrari per impossibile et cetera.
vtrum medium sumatur eodem modo in omnibus sillogismis.
vtrum omnis sillogismus ostensivus habeat alias propositiones veras.
vtrum medium hic invenitur possit esse medium in sillogismo demonstrativo.
vtrum in sillogismis in quibus sit [illegible] medium sicut in sillogismis demonstrativis.
vtrum sit dare unam plurium artem de inventione medii in omnibus scientiis.
vtrum quelibet scientia habeat propria principia.
vtrum principia astronomie sit experimentalia inventa

vtrum omnia predicta pertineant ad istas species primi sillogismi.
vtrum omnia ... ad eductionem diffinitionem.
vtrum diffinitio sit principium sillogismi
vtrum sit inquirens medium esse ultimum maioris extremitate.
vtrum sillogismus ... concludat ad sillogismum
vtrum ... pertineat ... in sillogismo ...
vtrum medium sillogismi ... differat ... medium sillogismorum
... [illegible]
vtrum ueritas sit manifestatio. dicens.
vtrum reductio sillogismorum in prima figura sit necessaria ...
vtrum sillogismi debeant per reductionem ...
vtrum reductio sit ...
vtrum possit reduci in plures ...
vtrum debeat ... in sillogismo secundo in tertia.
vtrum ...
vtrum sillogismus debeat potius reduci ...
vtrum sit ... [illegible]
vtrum ... figura.
vtrum ... in sillogismo secundo in tertia.
[illegible]

vtrum ... sit ...
vtrum ... ex maiori ... sequitur ...
vtrum sit possibile aliquem sillogismum esse ex falsis
vtrum ex maiori ex toto falsa sequitur conclusio uera in secunda figura.
vtrum sillogismus ex propositionibus falsis in parte sit sillogismus ...
vtrum spectet ad posteriora declarare de sillogismo ex falsis.
vtrum ... sit ... ad ...
vtrum sillogismus ex falsis sit bonus sillogismus.
vtrum sillogismus ex falsis ... alicui sillogismo ...
vtrum sillogismus ex falsis possit dici sillogismus ...
vtrum ex falsis sequitur uerum.
vtrum ex falsis sequitur uerum propter quid.
vtrum falsum sit ... consequens.
vtrum ad ad ... sequitur ...
... sequitur ... sit ...
vtrum ad ad sequitur ...
vtrum ... sillogismus possit dici circularis.
vtrum ... sillogismus possit dici circularis.
vtrum sillogismus circularis fiat solum in ...

vtrum sillogismus ... ab ... sillogismo ex oppositis.
vtrum ... arte ... sillogismo ex oppositis.
vtrum sillogismus ex oppositis differat a sillogismo per impossibile.
vtrum sillogismus ex oppositis differat a sillogismo ...
vtrum sillogismus ex oppositis ... sillogismi.
vtrum ... tempore ...
vtrum sit plures modos ... in ...
vtrum ... modos ... sillogismi simpliciter.
vtrum ... in prima figura
vtrum ...
vtrum ...
vtrum ...
vtrum ...
vtrum ...
vtrum ... possit ... sillogismus ...
vtrum ad ... sillogismus ... possit ...
vtrum sit ... sillogismus ...
vtrum aliquis possit sillogismus ...
vtrum ...
vtrum ... ab aristotele.

vtrum solum posteriora debeat declarare de ...
vtrum ... sequitur ...
vtrum ... differant ...
vtrum ... per ...

Explicit tituli questionum libri priorum ... quas tota summa ... libri edita a fratre Augustino de Ancona doctore egregio fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini. Laus sit deo patri omnipotenti filio ... sancto. amen.

Abbas Othmarus [illegible] clarus
Canonicus Guarinus gaudet [illegible]

Et nos Othmari fiamus [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

V III

Cella [illegible]

hic liber est [illegible] [illegible] collegii [illegible] [illegible]

[illegible] mundus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] valet

VII



